



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Spiritus Actionum Religionis, Complectens pias Considerationes, quibus illæ debent animari: interiores Directiones, quæ ipsis debent præmitti: ac devotas quasdam aspirationes sub ipsis magno cum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

ita  
e  
in  
im  
ac  
De  
vi-  
llis  
ne,  
vi-  
in  
vi-

SPIRITUS  
ACTIONUM  
RELIGIONIS,

Complectens pias Consi-  
derationes, quibus illa debent ani-  
mari: interiores Directiones, quæ ipsis  
debent premiti: ac devotas quasdam  
aspirationes sub ipsis magno cum  
fructu eliciendas.

2012

Si Spiritu vivimus, spiritu &ambu-  
lemus. Galat. 6.

De  
Orat.



mentis  
tisper  
uum  
runt  
breves  
eorum  
fuit in  
struct  
quos q  
fitent  
Ut  
hand  
iores  
cum c  
omnes  
nis, q  
ordin  
doru  
stylu  
priori  
buit,  
re d



## PRÆFATIO.

**H**ic libelli istius titulo prima fronte judicare quis posset facile, & exigua illum fore ut litatis, quandoquidem complures id hætenus suis scriptis illustraverunt argumenti, verum æquus rogatur lector, ut suum tantisper suspendat iudicium, atque consideret, unum ex illis, qui melius hac de re tractaverunt, esse ipsum Authorem, qui proinde hic brevem duntaxat exhibet Synopsin & epitomen eorum, quæ pluribus ac stylo ampliori prosecutus fuit in aliis libris superiorum ipsius jussu pro instructione Novitiorum sui ordinis impressis, quos quotquot legerunt, ex illis profecisse se profiterentur.

Ut igitur istam inde compleret epitomam, haud pauci illum orarunt vite sanctioris amantiores, ut in compendiosiori atque ad quovis seculum comportandum commodiori libello haberent omnem spiritum interiorem actionum religionis, qui in Tractatibus de vita regulari ac de ordinariis religionis officiorum explendorum methodo pluribus explicatur. Nempe stylum ampliosem atque extensiosem, quem in prioribus libris in gratiam Novitiorum adhibuit, illis, qui proveciores jam essent, tædio fore aut saltem esse supervacaneum existima-

runt illis, qui methodi exterioris alibi præscripta habitu imbuti jam essent, opus esse duntaxat illis, ut refricaretur memoria bonorum incenti-  
vorum, quibus eadem actiones animarentur, ac familiariores redderentur directiones illis præmittenda, ac devota quadam illis interserenda aspirationes. Ingens profectus sui spiritualis desiderium has illis, eperit cogitationes, & charitas impulit Auctorem, ut ad majorem Dei gloriam in hoc eorum faceret satis inclinationi ac propensione.

Ordo, quem sibi præstituit, in eo consistit, ut primo stabiliat generalia, atque ad omnes actiones communes, & particularia quævis Religionis officia ritè, ac virtutis cum merito peragenda principia. Tractat deinde de qualibet actione in particulari juxta ordinem diei, septimanarum ac mensium. Posthac proponit pios ac devotos sensus qui minima religionis officia commendant, atque ad illa cum aliqua interiori lætitia, spiritus elevatione atque omnibus virtuosa actionis adjunctis, atque, ut vocant, circumstantiis peragenda impellunt. Primo porro loco loquitur de officiis domesticis, ac deinde de illis, quæ pertinent ad chorum & altare.

Pluribus paulò, quam initio sibi proposuisset, exponit bina exercitia, quæ recens professis præscribit, ut illos in primo earum fervore contineat, ut etiam studentibus, ut hi in suorum prosecutione studiorum de spiritu devotionis omninò nihil in minuant. Verùm id eo fecit liberius, quod hucusque nullo alio loco argumenti id genus tractaverit, cum tamen haud exigui ponderis sit ac momenti, cum & recens professor ab omnibus re-

laxa

laxationis præveniat periculis, & studentes erudiat, qua ratione studio pietatem ita conjungere deberent, in uno ea ratione ut proficiant, ut de altero nihil omnino amittant.

Ubi Synopsin hanc auspicabatur, terminare illam constituerat Tractatu loquodam de confessione & communione, inserendo copiosius examen conscientie circa peccata, quæ in conditione religiosa frequentius admitti consueverunt, quod à pluribus desideratur. At librum satis amplum esse inde deprehendit, ut nihil esse porro censuerit addendum, ac proinde istud genus argumenti in tempus aliud differendum existimat, si Deo illi vitam eo usque servare placuerit.

Fructus porro istius libelli, sicut & authoris intentio in eo sita est, ut in recens professis non modo, sed etiam in provecioribus conservet ac promoveat Spiritum devotionis, quem in suo suserunt ac degustaverunt Novitiatu, ut etiam in illis conservet, ac renovet & instaurret existimationem, quam habere oportet de omnibus & singulis, quæ in religione fiunt, atque ob oculos ponat illis incitamenta, quibus omnes eorum actiones ut animentur est necesse; illas ut faciant modo quadam elevatione, id est ratione illuminata per fidem, uti fieri viri sancti requirunt, ut in omnibus, quæ agunt, sibi met aliqua incitamenta supernaturalia præfigant, ut Deo ferventi atque attenta quadam illa offerant cum directione, atque sub illis in præsentia Dei quibusdam devotis aspirationibus se contineant.

Verissimum equidem est, prædicta omnia animabus hand obtingere in sola libri lectione, quantumvis bonus ac methodicus ille sit, quin

potius supponi debet affectus ipsius Dei, ac sancta cordis sollicitudo, ut in merito & gratia qui proficiat: id quod Prophetarum nonnemo appellat Sollicitum ambulare cum Deo. Opus etiam est fame ac siti illa iustitia, quam in Sancto Evangelio ipse Salvator noster commendat, atque, ut sic loquar, canonizat, ubi ait, *Matth. 5. 6* Beati qui esuriunt & sitiunt Iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Opus nihilominus est illo Spiritus fervore, ad quem Romanos suos exhortatur Apostolus, ut omnem ab illis arceat negligentiam & acediam, ubi inquit: *Rom. 12. 11.* Spiritu ferventes: sollicitudine non pigri. Opus etiam est zelo, qui respondeat fervori, quo mundani prensant pecunias ac terram effodiunt, ut thesaurum, quem ibi delitescere norunt, inveniant & quidem vero verius est, cordis mereri devotionem, ut simili perquiratur cum ardore. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam. Etenim si à recto deviare censentur illi, qui nimium in res temporaneas propendent, haud minus deviare est si quis parum nimis spirituales desideret.

Ex istis de fame & siti, & mundanorum hominum ardore, ut in mundo proficiant, comparat omnibus colligere omnino est, quanto religiosus profectus sui spiritualis ardere debeat desiderio, quo qui carent, ne illis cuncti libri huius mundi parum proficient. Ast illo qui exarsit, non solum in via hac se conservabit, verum etiam eximie proficiet, si libro quodam instructivo ac methodico juvetur. Hanc interiorem dispositionem exopto omnino in illis, in istum qui inciderint. Istis adjunge, quod sicut in mundo

mund  
omni  
subear  
suum  
domin  
prepec  
cuncta  
atque  
poterit  
facere  
ligiosu  
sua de  
dit, u  
tiones  
nusqu  
fertur  
da rat  
tias im  
veniat  
Por  
ratione  
sionis  
sa, qu  
in illa  
quarer  
fuerint  
heroice  
nes &  
factum  
explev  
virtut  
omnin  
comm  
porro

mundo qui aliquid studiosius prensaverit, aliud omnino nil cogitat, & si quando alie animum subeant cogitationes, illas omnes refert ad hoc suum desiderium ac molimen, quod in ipso prædominatur: unde ab omnibus cavet, quæ illius præpedire possent executionem, atque e contrario cuncta exequitur, illam promovere quæ queant, atque ex omnibus, quantum quidem illius fieri poterit, quoad suum sibi propositum pertingat, facere contendit compendium: ita, inquam, religiosus, qui majori exastuaverit perfectionis sue desiderio ac studio, interius ita illi intendit, ut ad illam potissimum suas dirigat cogitationes omnes, & prout illius affectus magis minusque violentus ac fortis extiterit, voluntas fertur in illas, quæ illi occurrunt illius obtinenda rationes, indeque cunctas alias anime potentias impendit, ad optatum ut finem demum perveniat.

Porro inter omnes perfectionis acquirenda ratione, primum facile locum obtinet, si professionis suæ exercitia in Spiritu perficiat universa, quoniam ea ratio illi familiarior est, atque in illa tota continetur perfectio, quin alibi illam quarere sit necesse. Non defuere, qui plurimum fuerint decepti in eo, quod actiones prensarint heroicas, cum interea virtuosè actiones communes & ordinarias negligenter exercere. Unde factum fuit, ut & has & illas, pro ut decuit, non expleverint: etenim heroicarum exercendarum virtutum occasiones non nisi rarissimè, & quasi omnino procul & eminus occurrunt, cum vite communis actiones quotidiana existant. Minora porro nos disponunt ad majora, & gratiam à

Deo obtinent ista ritè exequendi, atque ubi occurrerint, ex illis faciendi compendium. Nunquid in omnium vita adverti potest sanctorum, illos ad bene peragendas actiones majores per solam pervenisse in exequendis minoribus fidelitatem?

Verùm enim vero quandoquidem in his aequè atque in illis divina relucet voluntas, omnes & singulas solo illius intuitu expleamus oportet. Majestas ipsius Dei ubique est adoranda, veluti potentia & providentia illius in cunctis apparet. Muscam aequè creavit atque elephantem, minimam Sardiniam aequè ac cete grandia: ita quoque Providentia ipsius non solum intendit colorum, statuum, & notabiliorum mundi partium conservationi, verùm etiam se eousque dimittit, ut vel ipsos caputur nostrorum pilos dinumeret, veluti ipsemet fidem facit Dei filius, ubi ait: Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Igitur & a nobis in omnibus sive parvis sive magnis, absque ullo discrimine aut exceptione vult glorificari.

Luc. 12. 7.

Ita quoque sicut Spiritus ipse est, sic honorari, serviri, atque adorari in Spiritu desiderat, ut magister cœlestis nos docet, cum ait: Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. Quisquis igitur exteriùs duntaxat ac sine Spiritu religionis exercitia perficeret, ne ille valde modicum Deum honoraret, ac pro se ipso omninò nihil promoveretur. Fieri quidem posset, ut dexteritate ac industria exteriori utilis communitati cum foret, laudem reportaret ab hominibus, anima tamen ipsius pro gloria cœlesti nil penitus obtineret emolumentum.

Ioan. 4. 14.

De  
Orat.

lume  
nes j  
ritu  
ctor  
adve  
bon  
F  
nile  
cu  
vivi  
spiri  
bor  
min  
nos  
igne  
reli  
ex b  
gna  
duo  
nilo  
faci  
mit  
I  
mo  
licit  
nec  
ran  
qua  
aga  
ille  
neg  
non  
om  
mil

lument. Siquidem coram Deo non sufficit actiones facere bonas, nisi & virtuosè atque in Spiritu illas perficiamus. Unde Seraphicus Doctor S. I. onaventura author est, non verba, sed adverbia esse, quæ à Deo remunerabuntur. Non bona inquit fecisse, sed bona bene fecisse.

Facies ac species exterior operum nostrorum nil est, nisi quedam inanis apparentia, nisi succus interior, quæ anima ac spiritus illorum est, illa vivificet. Illa comparatur arborum foliis, ac spiritus interior fructus est. Veluti idcirco arbor eo fine non est, ut folia, sed ut fructus progerminet, quos ubi vel nullos omninò vel minus bonos producit, veluti inutilis succiditur atque in ignem conicitur: ita sane timendum est, ne religiosus secundùm Spiritum interiorem atque ex bonis incentivis agere qui negligeret, indignationem Dei incurreret, veluti arbor infructuosa horti domini incurrit, ubi præter umbram nil commodi conferret. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7.  
19.

Et verò se ipsum & gloriam in se Dei huiusmodi religiosus ubi negligit, nunquid istud infelicitatis metuere habet, ne & negligatur à Deo, nec illi amabilis & specialis providentiæ suæ curam impertiatur? etenim nunquid æquius quidquam est, quam ut ea nobiscum ratione Deus agat, quæ cum ipso nos agimus, ac talem erga nos ille se habeat, qualem erga ipsum nos habemus? negligere est non curare, qui ergo actiones suas non curat ea intentione perficere, Deo ut placeat, omninò meretur, ut nec ipsum Deus curet, ac simili indifferentia ipsum ut habeat, gratis nimirum

rum & illustrationibus suis illum privabit, ut sicuti ignavia hactenus ac malitiâ fuit, ita deinceps in pœnam indevotus perseveret: & quantumvis professionis suæ porro indumentis convestiat, à singulariter benefaciente summi numinis protectione exclusus remanebit.

O tristem ac verè luctuosum anime religiose, à Deo amabiliter electa, vocata atque ad sanctitatem destinata que fuerat, epilogum! quam igitur necessarium est, nosmetipsos in nostris ut exercitiis ne negligamus, sed in cordibus nostris fervorem Spiritus ac spiritualis profectus nostri curam ac sollicitudinem ut conservemus, quæ interior nos, ut agamus, impellat? Sollicitum ambulare cum Deo. Spiritu ferventes, sollicitudine non pigri. Idque eo verius, quo certius est, nos statui religioso non solum nos mancipasse, ut ibi salvemur, sed ut Deum glorificemus ac nosmetipsos ut sanctificemus.

1. Thess. 4.

3.

Hæc est voluntas Dei sanctificationis vestrae.

SPI-



# SPIRITUS

## Actionum Religionis.

*Elicitus ex Directorio Religiosorum*

*Reformatorum Ordinis B.V.M.*

*de monte Carmelo.*

### CAPUT I.

*Rationes, ob quas magni facere debeamus  
actiones Communes religionis.*

**B**oni religiosi est, actiones communitatis  
suis temper anteponeere peculiaribus,  
quantumvis istæ excellentioris ac majoris esse  
videantur virtutis. Ab illis ergo abesse non  
debet, nisi jubente expressa, quæ cum illis con-  
sistere non queat, obedientia: quin potius  
omnem quam poterit diligentiam, ut has ita  
adimpleat, illas ut ne negligat, adhibere: ut  
illarum existimationem ac studium confer-  
vet, cogitabit

I. Quod illis Deus noster præsideat, ac  
sua præsentia singulari honoret, juxta id quod  
pollicitus fuit: *ubi sunt duo vel tres congregati* *Matth. 18.*  
*in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* *20.*

Illic ipse abundantius gratias & benedi-  
ctiones suas impertitur, illum ubi agnoscunt  
ac præsentia regis cœlestis recreantur, quot-  
quot oculis spiritualibus & interioribus or-  
bati non fuerint, veluti dicitur in Psalmo 149. *Psal. 149.*  
*Fili Sion exultent in rege suo.* *2.*

2. Co-

2. Cogitabit à Deo in istis actionibus ipsi suppeditari certas salutis ac perfectionis illius, qui finis vocationis ipsius est, rationes; uti revera omnes sancti sui ordinis alias non disquisierunt, quin potius exacta observantiarum religionis suæ communium praxi ad sanctitatis apicem pervenerunt; cum econtrariò ab illis abesse non queat, quin protinus finem vocationis suæ negligat, ubi illius obtinendi rationes prætermittit. Etenim ibi si Deus illum esse velit, atque ibi ineffabili bonitate atque providentia sua inscrutabili suas gratias dispertiri constituat, alibi futurum ut illas obtineat non oportet ipsum præsumere. Ubi ergo extra voluntatem Dei constiterit, & gratia ipsius orbatus remanserit, quid aliud quam suum expectare interitum habebit? Sanè in vitium incredulitatis Sanctus Thomas Apostolus incurrit, ubi reliquorum Apostolorum Societatem reliquit. Granum tritici peribit, ubi solum remanserit, at ubi cum cumulo fuerit, servabitur. Carbo extinctus reaccendetur ac denuò inflammabitur, ubi aliis ard. ntibus conjungetur.

3. Denique cogitabit, quòd membrum communitatis cum existat, si ibi, ubi congregata illa fuerit, ille defuerit, defectuosam illam constituet, veluti difforme corpus est, cui vel una partium ipsius defecerit. Adhæc actionibus communibus ubi præsens fuerit, istæ multò amplius illi proficient. Etenim imperfectus si fuerit, aliorum fervor defectum ipsius supplebit; Deus actionem ac preces ipsius non accipiet, veluti actionem ac pre-

ces

De  
Oratio

ces unius solius, quod parum omnino foret, sed veluti actionem ac preces plurimorum, qui merito suo multum illis emolumentum ad- jicient. Ut ergo ab actionibus abesse nequa- quam communibus constituat. apud semet- ipsum dicit cum Salvatore nostro; *In his que* Luc. 2. 49. *patris mei sunt oportet me esse.*

## CAPUT II.

*Incentiva ad ritè obeundas commu- nes religionis actiones.*

**E** Venire omninò poterit, ut è duobus reli- giosis; quorum uterque a què diu in reli- gione perstiterit, atque eadem exercitia obie- rit, alter ingentem meritorum sibi thesaurum accumularet, ubi alter pauperrimus remanserit. Discriminis istius causa erit, quod ille, non hic, actiones suas in Spiritu perfecit. Illas in Spiritu ut perficiamus, ista esse nobis pote- runt incitamenta. Primum est, ut cogitemus, in illis & per illas placere nos Deo. Prò quan- ta felicitas! dicere Deum glorificari velle ab hominibus, quanquam isti in præsentia illius minus quid sint quovis vermiculo ac minutis- simâ formicâ. *Deus qui glorificatur in consilio Ps. 88. 8. sanctorum.*

Alterum est, ut cogitemus conscientiam ple- næ obligationis esse cuius Religioso, hono- rare suum Ordinem, qui a deo misericorditer ipsum in suorum filiorum numerum adopta- vit, potissimum illius honorem in eo consiste- re, ut exacta minimorum religionis exercitio- rum observatione bono cunctis exemplo præ-

præluceat. Etenim extranei, videntes agendi methodum omnino uniformem, admirantur, ac Deo gloriam & sexcentas communitati, cujus religiosi adeo egregium ordinem observant, laudes attribuunt, unde S. M. Magdalena de Paz is dicebat, *unum ex maximis seruitiis, quæ a religiosis Majestas divina expectat esse boni exempli.*

Tertium est, ut meritum attendamus, quod ex omnibus actionibus ritè factis exoritur, quia ea ratione gloriæ gradum peculiarem in cælo promeremur. Et Sanctus Bernardus ait: *non transeunt opera nostra, ut videntur, sed ut eternitatis semina jaciuntur.* Verum ex obedientia quæ fiunt, duplex meritum obtinent, Etenim præclara virtus ista quod ex se ipso bonum jam est, melius constituit: bonum, quod indifferens est, reddit: ac pene nihili quod est, mirum in modum sublimat. Instar lapidis est pretiosissimi, qui quidquid contingeret, in aurum converteret, & si aurum contingeret, ipsius duplicaret valorem. Consilium est Spiritus Sancti: *pone thesaurum tuum in preceptis altissimi, & proderit tibi magis quam aurum.*

Eccl. 19.  
14.

Quartum incentivum erit, ut cogitemus, quod si actiones nostras inviti aut imperfectè aut negligenter peragamus, modicum aut nullum fructum inde reportabimus, juxta illam divinam veritatem: *unus edificans, & unus destruens, quod prodest illis, nisi labor.* Incurrere illud est illam infelicitatem, quam proponit Aggæus Propheta, ubi inquit: *Seminastis multum, & intulistis parum: & qui mercedes*

Eccl. 34. 28

Agg. 1. 6.

con-

*congregavit, misit eas in sacculum peruersum.*  
 Atque istud est, quod vidit Sanctus Arlenius,  
 hominem videlicet, qui à mane ad vesperum  
 aquam hauriebat è puteo, atque illam effu-  
 debat in vas à parte inferiori apertum. Quod  
 si nostræ religionis actiones nil minus prome-  
 rentur, quam gloriam Paradisi, næ jactura  
 haud exigua illa est, quam facimus, ubi ne-  
 gligentes exiterimus: magnarum enim rerum  
 jactura exigua esse non potest.

## CAPUT III.

*De directione interiori, quam cunctis  
 nos operibus nostris præmittere oportet.*

**A** Nima operum nostrorum est bona ac  
 pura Deo placendi intentio, sine qua illa  
 mortua sunt. Illa aliquando peragimus ex  
 usu, absque ulla animi ac Spiritus elevatione.  
 Aliàs natura suimetipsius amantiore in illis, ex  
 parte saltem, suam propriam quærit satisfac-  
 tionem: id quod minimè animadvertit, qui  
 animi sui sensus studiosè non disquirat, ut suas  
 agnoscat presentationes, quæ sæpe sunt admo-  
 dum subtiles, atque interim vel omninò eva-  
 cuant, vel meritum saltem plurimum immi-  
 nuunt. Bonus vero religiosus hac in re se-  
 quentia animadvertit.

Primum est, ut quamlibet actionem suam  
 Deo non leviter ac tenuiter, nec festinatò &  
 oscitanter, sed magna animi offerat cum atten-  
 tione. Vitæ igitur spiritualis tyrones huic rei  
 assuescant oportet, ut videlicet satis non ha-  
 beant, quod opera sua faciant generali qua-  
 dam

dam intentione placendi Deo, sed & illa animo peragere satagant, quem quaelibet actio speciatim requirit.

Alterum est, ut directio actionum nostrarum triplicem complectatur actum interio-rem, quorum alter alterum proximè consequitur, & qui omnes uno penè momento eliciuntur, etsi paucis haud semper verbis exprimantur. 1. Ut bonam illius actionis peragendæ sibi causam quis præstituat. 2. Ut Deo illam offerat ac 3. ut gratiam illam ritè peragendi ipsum oret. Ut bonam sibi proponat causam aut incitamentum bonum, minimè oportet uti nimia sollicitudine, multiplicatione aut animi conturbatione, ut causas exquirat extraordinarias aut æquò sublimiores, sed simplicitate, pace & libertate cordis, adeo ut, ubi quis ad seipsum & actionem, quam facere constituit, adverterit, si aliunde animo ipsius incitamentum non occurrat, aliquem ex actibus sequentibus, at sincerè & attentè, eliciat.

1. *Ad maiorem Dei gloriam.*

2. *Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus est tu.*

3. *Non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, id est ad Sanctam professionem istam vocavit.*

4. *Domine Deus meus, puer ego sum, & qua ratione honorare te debeam ignoro; attamen actionem istam eosdem ob fines atque ad eandem intentiones, quas tu ipse à me requiris & expectas, perficere desidero.*

Ut actionem suam quis Deo offerat, id faciat oportet cord. libero ac simplici, renun-  
ciando

De  
Oratio

Ut actionem suam quis Deo offerat, id faciat oportet corde libero ac simplici, renuncians quibusvis presentationibus, & propriis commodis sive rationibus, atque in animo contestando, se illam ex solo ipsius amore, atque ad obedientiam faciendum satis obitutum.

Oblatio ista & majoris omnino meriti erit, si fiat in unione actionum ac tormentorum Domini nostri Jesu Christi. Erit etenim hac ratione instar aquae guttae in vini dolium immissa, ubi illa, colore ac sapore mutato, in vinum transformatur.

Patrum nostrorum traditione, ac sanctorum quoque ordinis nostri exemplo docemur, ut quidquid agimus, Deo per purissimas Illius sacratissimae Genitricis manus offeramus; quia divinae majestati longe acceptissimum est, quidquid à manibus ipsius aut per illas procedit.

Gratiam actionis ritè secundum omnes circumstantias perficiendae oramus, illam ardentè desiderando, & agnoscendo, absque divino nil omnino nos posse auxilio, juxta id quod Salvator noster ait: *sine me nihil potestis facere.* Unde & ipsius merita interponere jubemur, uti facit Ecclesia, ubi cunctas, quas dirigit ad aeternum patrem, orationes hisce concludit: *per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.*

IOAN. 15. 5.

## CAPUT IV.

*Directionis operum nostrorum praxis,*

**Q**uisquis longo usu pio quodam animi sensu affectus penitus fuerit, eo omnes animare actiones suas poterit, quamdiu in iplo gustus iste perstiterit.

1. Quod si, exempli gratia, affectus fuerit sensu *compunctionis*, sive de suis doloris peccatis, in operum suorum directione Deo sic lo-  
 „ qui potest: Te ego, Domine, malitiosissime  
 „ peccatis meis, quorum, eheu, horrorem me  
 „ longè melius tu agnoscis, offendi atque ad  
 „ iracundiam proyocavi. Actione ergo ista  
 „ me gratum atque acceptum tibi reddendo  
 „ justam tuam adversus me indignationem  
 „ placare desidero: atque idcirco, in signum  
 „ doloris ac pœnitudinis meæ, tibi offero  
 „ *exempli gratia* istam orationis horam, in  
 „ satisfactionem atque expiationem oblivio-  
 „ nis divinæ majestatis tuæ, quæ tamdiu me  
 „ tenuit: *aut* istam Psalmorum cantationem,  
 „ ob tot ac tanta verba malitiosa, quæ protu-  
 „ lit lingua mea: *aut* istam solitudinis ho-  
 „ ram, ob frequentem temporis jacturam,  
 „ licentio rem mentis evagationem, ac per-  
 „ versorum sociorum consuetudinem: *aut*  
 „ tempus istud, quod sacro ministrando aut  
 „ coram divinissimo Sacramento assistendo  
 „ impendere habeo, in agnitionem tot irre-  
 „ verentiarum atque impietatum illic aliàs à  
 „ me admissarum. &c.

2. Quod si affectus fuerit pœnarum pecca-  
 tis

*De  
Oratio*

tis debitarum luendarum desiderio, dicet: Ingens, Domine, meorum multitudo peccatorum debito me obstrinxit, cui solvendo non sum, nisi tu, cui sum obligatus, magna in me usus misericordia fueris. Oro, Domine, ut pro tua in me benignitate accipias modicum hoc, quod ex mea paupertate atque impotentia tibi offero, quantumvis non sit nisi minimus obolus, si cum maximo, quo tibi devinctum me agnosco, debito comparetur.

3. Si affectus fuerit desiderio proficiendi in gratia, & merita sua cumulandi bonorum operum multitudine, juxta id quod monet Apostolus: *In omni opere bono fructificantes. Coloss 10*  
*Abundantes in opere Domini semper, scientes 10.*  
*quod labor vester non est inanis in Domino, aut 1. Cor. 15*  
 id quod ipse Dominus noster ait: *Thesauri- 58.*  
*zate vobis thesauros in caelo, dicet: Domi- Matth. 6*  
 ne Deus, qui veluti benignissimus pater modo mirabili crescere facis bonum spirituale eorum, quos in numerum filiorum tuorum adoptare voluisti: volo, quia ita placitum est tibi, actione ista proficere in gratia tua, & amplius promereri, non tam in propriam meam utilitatem, quam ut oculis tuis acceptior, ac dignus evadam, qui te diligam & perfectius in caelis in altiori gradu gloriae collaudem.

4. Si sanctae obedientiae affectum se advertit incentivo, dicet: Quoniam, Domine, statum sum religiosum amplexatus, non ut meo illic vivam arbitrato, sed ut meum obediám voluntati superiorum, accipe

», actionem istam, quam obedientia à me re-  
 », quirat, una cum desiderio, quo teneor tibi  
 », per illam placendi, & salutem ac perfectio-  
 », nem animæ meæ promovendi,

5. Si in quapiam actione cor illius suavem  
 spirat in fratres suos charitatem, dicet: Do-  
 », mine Jesu Christe, qui nostri amore frater  
 », noster fieri & esse voluisti, ac nobis, ut  
 », nos invicem diligeremus, veluti tu nos di-  
 », lexisti, commendasti: fratribus ego meis in  
 », ista actione servire cupio, in memoriam  
 », amabilissimæ charitatis illius, qua tu omni-  
 », bus subvenire voluisti, quotquot tuum im-  
 », ploravêre subsidium. Precor ut cedat ad  
 », majorem tuam gloriam, atque animæ meæ  
 », salutem.

6. Quod si honoris religionis zelo succen-  
 sum se compererit, dicet: Domine Deus, qui  
 », permagnâ misericordiâ tuâ religionem  
 », hanc subire me voluisti, noli, quæso te, si-  
 », nere, ut scandalo aut opprobrio sim pien-  
 », tissimæ matri meæ, quæ tanto me amore  
 », inter brachia sua suscepit, adeoque me san-  
 », ctè educavit: quin potius mihi gratiam  
 », tuam largire, ut illius splendorem ac bo-  
 », nam, quam hucusque palàm habuit, existi-  
 », mationem pro parte quoque mea adau-  
 », geam: quoniam honor iste ad tuum velut  
 », ultimum finem suum referetur.

7. Si exemplo Salvatoris nostri conforma-  
 », re se voluerit, dicet: Domine Jesu Christe,  
 », qui mundo te ipsum ut omnis perfectionis  
 », exemplum exhibuisti, actione hac mea con-  
 », formare cupio me sacratissimæ humanitati  
 », tuæ,

tuæ, ut eodem illam spiritu faciam, quo tuas  
tu in terra existens perfecisti, quoque etiam  
istam perficeres, si etiam nunc inter homi-  
nes esses.

8. Attenta magnitudine Dei & magna Ma-  
jestatis illius existimatione, dicere quis pote-  
rit: Domine Deus summæ Majestatis,  
quantumvis infinitè amplius tu merearis,  
quam cœli terræque creaturæ tibi reddere  
queant universæ: oculos tamen meos ele-  
vare ad te audeo, ut istam actionem, quam  
regula aut obedientia à me requirit, tibi  
consecrem. Per illam & in illa gl'riam  
tibi dare cupio, quam à me expectas, illam-  
que solo tui amore perficere. Propterea ex  
nunc renuncio cunctis propriis presatio-  
nibus & commoditatibus, quas mea sui-  
metipsum æquo amantior natura fortasse  
suggerere mihi posset.

Juxta formulas istas alias formare directio-  
nes perfacile erit: unde illæ sufficiunt, ut  
ostendant methodum semper initio operum  
nostrorum concipiendæ atque etiam expri-  
mendæ rectæ intentionis.

Verùm ubi tempus nos improvisos occu-  
pat, & actio urget, quid factò tunc opus e-  
rit? Respondeo directionem etiam verbis  
paucissimis expressam esse posse bonam, modò  
cor ipsum sit sincerum. Etenim coram Deo  
unico verbo sæpe plus significatur, quam li-  
beriori ac latiori oratione. Breviter ergo quis  
dicere poterit: Mi Deus actione ista hono-  
rare te volo, quantum ipse desideras ac paucis  
tibi exprimere verbis omnes, bonas intentio-

nes, quas digniores sancti tui ullo unquam tempore habuerint.

Verum si nihil prohibentibus omnibus istis, quæ exposui, adhuc animos reperire sit in rebus spiritualibus adeo rudes, ut intentionem suam, quantumvis bonam habeant, exprimere non queant, quid illi facient? illis suadetur, ut memoriæ mandent aliquas ex formulis supradictis, atque aliquos Psalmorum versiculos, aut alias breviores, at affectivas, orationes vocales, quibus suam suppleant imbecillitatem.

At verò quid facient, ubi acediæ aut fastidii stimulis agitabuntur, ut neque actionem ipsam adoriri, neque proinde præmittere aufferint directionem? violentiam illi sibi inferre debebunt, non modò ut actionem aggrediantur, sed etiam ad majorem Dei gloriam illam offerant: nimiam tamen capitis stomachique contentionem non adhibebunt, sed quibusdam tantummodò devotis & affectivis rationationibus enitentur, dicendo verbi gratia aut ruminando quia *Regnum cælorum vim*

*Matth. 11. patitur, & violenti rapiunt illud.*

12.

Quod si in simili casu directionem præmitterent, ex hoc ipso adversarius eorum emolumentum plurimum colligeret, quia, ut penè omnem actionis suæ amisissent mercedem, obtinisset. At vero si corde sincero & animo sedato saltem dicerent *Gloria Patri & Filio &c.* suo muneri satis abunde fecissent

Utu ipso docente didicimus, animam in isto statu occulto quodam adversus semetipsam robore communitam victricem evadere,

De  
Oratio

dere.  
despe  
ligni  
bono  
pital  
num  
mox  
stru  
ador  
fugã  
nam  
votu  
istis  
ratic  
abs  
exp

D

D

ac  
ri  
mu  
Q  
illa  
sus  
att  
gl  
qu

dere, ore dicendo & corde: *Domine Jesu in  
despectum demonum te adoro.* Quoniam ma-  
ligni hi Spiritus velut Jesu Christi omniumq;  
bonorum operum, quibus ille honoratur, ca-  
pitales inimici, plerumque istarum gravedi-  
num ac repugnantiarum sunt authores: ac  
mox ubi nos ad ipsos, divinum Jesum no-  
strum, qui ipsos devicit, in eorum despectum  
adorando, superandos comparatos esse videt,  
fugâ se subducunt, ea que ratione novam divi-  
nam virtutem anima recuperat. Ipsemet de-  
votus lector, ubi ipsi placuerit, non modò in  
istis occasionibus, sed etiam in quibusvis ten-  
tationibus ac naturalibus repugnantiiis, haud  
absque insigni suo emolumento, id poterit  
experiri.

## CAPUT V.

*De bonis actionum religionis com-  
muniis conditionibus.*

**D**E praxi hic agemus actionum, quarum  
prima conditio est, ut ad illas diligenter  
ac ferventer accedamus: Secunda, ut interio-  
ri cum gaudio & animi lætitia illas peraga-  
mus: Tertia, ut illas integrè perficiamus:  
Quarta, ut magna cum accuratone omnes  
illarum exteriores circumstantias, nullâ pror-  
sus neglectâ, observemus: Quinta, ut aliquam  
attentionis nostræ partem reservemus, ut vanæ  
gloriæ, aliisque imperfectis, deinceps exortiri  
qui possent, motibus renunciemus.

1. Ergo diligenter ad primum campanæ  
sonum

sonum absque ulla vel momentanea dilatio-  
ne ad eundem sunt actus regularitatis, exemplo  
illius sancti religiosi, de quo in vitis patrum  
refertur, quod inchoatam literam O relique-  
rit imperfectam, quam postea miraculosè au-  
reo invenit colore perfectam. Diligentia ista  
effectus est animi fervoris, de quo loquitur  
Salvator ubi ait: *ignem veni mittere in terram*

Luc. 12.  
49.

*Et quid volo nisi ut accendatur?* hoc igne cœ-  
lesti ultra modum ardebat Jeremias Prophe-  
ta, de quo etiam dicebat, illum à Deo ipsi  
immissum ad ipsas etiam medullas ossium pe-  
netrasse. *De excelso misit ignem in ossibus meis.*

Thom. 1.  
13.

Actus hujusmodi interiori quodam cum  
gaudio atque animi lætitia sunt peragendi,  
qui etiam illius animi fervoris atque ignis cœ-  
lestis effectus erit, dicendo cum regio vate:  
*Voluntariè sacrificabo tibi.* Et complendo  
Sanctorum Machabæorum, magnorum Dei  
fervorum, pro fratribus suis votum istud: *det*

2. Mach. 1.  
3.

*vobis Deus cor omnibus, ut colatis eum, et faciatis  
ejus voluntatem corde magno et animo volen-*

2. Cor. 9.  
7.

*ti.* Causam S. Paulus assignat, cum ait: *hila-  
rem datorem diligit Deus.* Atque illum econ-  
trariò execratur, qui opus ipsius facit invitè ac

Jerem. 48.  
10.

negligenter: *Maledictus homo, qui facit opus  
Dei negligenter.*

3. Actiones nostras oportet esse integras,  
quin etiam vel minima illarum particula rese-  
cetur, uti faceret v. g. qui è choro egrederetur  
prius, quam divinum ex integro esset persolu-  
tum officium, aut qui vel temporis orationi  
destinati momentum præscinderet, aut opus  
ab obedientia injunctum imperfectum relin-  
queret,

queret. Hæc enim qui faceret, actionis, quæ Deo consecrata esse tota debuisset, epilogum cacodæmoni consecraret.

Sæpe sæpius etenim usu venit, ut ille animarum nostrarum inimicus in fine actionis nos aggrediatur, ubi in principio nos ex ugnare non potuit, quando, ubi totam actionem ut relinqueremus nobis persuadere non potuit, aliquam saltem illius partem sibi præripit. Nunquid verò sacrilegii quædam species foret, si quis istum Dei hostem cum ipso in partem vocaret.

Acedia sive fastidium, quo inter agendum afficimur, non rarò nos, actionem ut abbreviemus, impellit. Alias id facit nimia quæ nescio in agendo sollicitudo naturæ, quæ ab isto se opere citius expedire contendit, ut aliud aggrediatur, qua in re animus angitur cura actionis secururæ, ubi cogitare solummodò deberet de ritè peragenda præsentis: quo ad verò una actione occupamur, multo cum iudicio cogitatione de securura, veluti tentatione aliqua aut saltem distractione, expedire nos debemus. Magna nimirum animi cum tranquillitate sic nostras actiones distribuamus oportet, altera suo ordine ut alteram excipiat, quo ea ratione viginti quatuor horas diei adimpleamus, exemplo eorum, de quibus dicitur,

*Dies pleni invenientur in eis.*

*Psal. 72.*

30.

4. Decentia religiosa requirit, ut omnes actiones nostras, imprimis verò communes, ad eorum, qui nos vident, ædificationem aliqua cum venustate, dexteritate, magna quo ad omnes circumstantias cum diligentia ac mo-

D d 5                      destia

desti peragamus. Hoc ut consequamur, suavi quadam ac vigilantia animi applicatione opus est, ut sensus nostros & corporis nostri motus decenter componamus: neque igitur æquò festinantiores, neque tardiores, neque operosiores, neque nimis ambigui simus, sed in modesta quadam in agendo celeritate medium teneamus oportet. Huic rei obtinendæ imprimis inserviet, si ob oculos nobis proponamus sacratissimam Salvatoris nostri, quasi eandem, quam nos tum peragimus, actionem perficientis, humanitatem, considerando videlicet non solum sublimes, ad quas æterno patri cunctas suas actiones offerebat, intentiones, verùm etiam diligentiam, dexteritatem ac modestiam prorsus obstupescendam, quam in illis exhibebat, omninoque illam ut, quantum quidem possumus, imitemur, connitendo: nostra siquidem agendi ratio eò erit perfectior, quo ad illam, quam divinus magister ac Salvator noster, qui exemplum semetipsum nobis præbuit, observabat, amplius accedet. Atque aliunde plerumque quales cogitationes habemus, tales ipsi efficitur.

§. Adhæc omni cura ac sollicitudine cordi nostro advigilemus oportet, ut sensus abdicemus philautiæ sive proprii amoris in optimas quasque actiones irrepentis, atque optimam non rarò intentionem, quam operi ipsi præmissimus, depravantis: qua ratione v. g. contingere posset, ut ubi ex sola cibum sumere necessitate cœperimus, sensim sine sensu insinuante sese oblectatione voluptariè refectio- nem absolveremus.

Attentio

Attentio ista non tam in eo consistit, quod re ipsa de Deo cogitemus, quam quod nos in certa quadam pace atque interiori contineamus tranquillitate, ut ea ratione animus ad considerandas ac dijudicandas omnes suas cogitationes & cordis commotiones sit semper comparatus. Extra omne quidem dubium est, insignem fore præsumptionem, si quis futurum putaret, ut ea in re errori aut peccato obnoxius nulli foret: at verò ubi culpas admissas, quas advertimus, sarcimus, atque aliqua ubi oblivio obrepserit, ad priorem attentionem nosmet suavi quadam ad Deum elevatione revocamus, sensim eò devenimus, ut absque ullo pene labore ac difficultate animum in ipsius præsentia fixum ac firmum, atque ad nosmet contineamus attentum.

## CAPUT VI.

*Finita actione quid facere nos oporteat.*

Utilissimum penitus est, ut simplici quodam illam contuitu perlustremus, ut si quos in illa admiserimus defectus, illos agnoscamus, aut ubi nullos animadvertimus, Deo laudem omnem atque gloriam tribuamus. Hoc monitum peculiariùs observent oportet incipientes, ut religionis exercitiis cum fructu peragendis assuescant, ubi admissa errata animo versant, ut emendent.

Quicumque in exigua hac recensioneprehenderint actionem à se bonis omnibus cum circumstantiis atque affectionibus ritè fuisse

fuisse peractam, sollicitè curabunt, ut omnem gloriam Deo tribuant, nihilque omninò sibi vana elatæ mentis oblectatione ausint arrogare. Sanctus Gregorius præclarè omnino ait, ubi cuncta quæ agimus non præcedit, comitatur & consequitur humilitas, fore, ut superbia furis instat omne nobis meritum surripiat. Diaboli idcirco non raro in fine actionum nostrarum vanâ gloriâ nos tentare conantur, ut omne nobis meritum suffurentur, instar piratarum, qui naves mercatorias nequaquam adoriuntur, ubi è portu solvunt, ut vela ad loca mercationis faciant, sed illas in reditu expectant, quando opulentis mercibus fuerint onustæ.

Utergo omnem Deo soli gloriam tribuamus, dicere poterimus.

*Psal. 113.* 1. *Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.*

*Isa. 26. 12.* 2. *Domine omnia opera nostra operatus es in nobis. Confiteor equidem, quia ex me ipso præter peccatum, ignorantiam & infirmitatem, nil habeo.*

3. *Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, ô beata, & benedicta, & gloriosa Trinitas; Pater & Filius, & Spiritus Sanctus.* Tu enim omnis boni atque omnium virtutum fons es, & scaturigo, omniaque sua tibi in acceptis referre habet omnis creatura, sicut rivulus fonti debet omnem aquam, sine qua totus exaresceret.

*Isa. 10. 15.* 4. *Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut baculus, qui utique lignum est? Equidem Domine, instrumenti instar*

mor-

mortu  
atque  
tibi so  
5. B  
tuum,  
tuum  
perage  
6.  
gratias  
fidelit  
observ  
num e  
censio  
quend  
petent  
licitiu  
vide:  
agniti  
mili r  
veniat  
lè me  
defect  
admit  
hono  
revere  
scient  
sanct  
lior e  
circu  
istam  
Ea  
gioni  
Deini  
mus:  
quoti

mortui sum, cui motum omnem præstas ;  
 atque ideo si quid boni per me forte fiat  
 tibi soli sit gloria.

5. Benedic, anima mea. Dominum Deum  
 tuum, qui adeo suaviter ac delectabiliter cor  
 tuum ad sanctæ religionis vitæ exercitia  
 peragenda inclinavit.

6. Gratias ago tibi, Domine Deus, quia  
 gratiam tuam mihi dedisti, ut ista in actione  
 fideliter, quidquid in illa à me requirebatur,  
 observarem, tuum enim omnino hoc do-  
 num est. Quotquod econtrario in sua re-  
 censione deprehenderint in actionem suam  
 quendam irreplisse defectum veniam à Deo  
 petent, ac fore promittent, ut in posterum sol-  
 licitius sibi ipsis invigilent, dicentes cum Da-  
 vide: *Observabo me ab iniquitate mea.* Culpæ *psal. 17.*  
 agnitionem & confessionem ista vel alia si-  
 mili ratione elicient; Domine Deus meus,  
 veniam peto, quod in ista actione adeo ma-  
 le me habuerim, & quod talem aut talem  
 defectum voluntariè sive per occupationem  
 admiserim contra majestati tuæ debitum  
 honorem, contra illam quam præsentia tuæ  
 reverentiam & quam meæ debebam con-  
 scientiæ fidelitatem, firmiter propono ac  
 sanctè tibi promitto fore, ut alia vice fide-  
 lior existam, ac majori cum diligentia &  
 circumspèctione cuncta perficiam. Oro te, ut  
 istam mihi gratiam tu concedas.

Ea sunt generalia monita, qua ratione reli-  
 gionis actiones in spiritu sint peragenda.  
 Deinceps vero de singulis in particulari age-  
 mus: & primùm quidem de illis quæ fiunt  
 quotidie.

CA-

## CAPUT VII.

*Qua ratione surgendum ad matutinas atque illis assistendum.*

**P**erfectionis amans ac bonus religiosus in votis quidem haberet, necessitati dormiendi subiectus ut neutiquam esset, quò sic orationem & cum Deo colloquium nullo unquam tempore interrumpere cogeretur. Feruenter itaque surgit, ut magna cum diligentia divino in choro officio assistat, omninoque adesse primus omnium contendit, ut ea ratione ab Angelo, qui ibi præsidet, benedictionem obtineat. Locum illum suspicit ut Paradisum terrestrem, ubi suis laudibus audiendis oblectatur, atque ubi Christus Jesus in divinissimo Eucharistiæ Sacramento semper est præsens.

Ubi primum campani æris sonitum, vel crepitaculi strepitum fratrum expergefaciendorum ergò excitatum inaudierit, humi prostratus atque utroque nixus genu Deum adorans ait: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Paratum, inquam, cor meum ad canendas tuas laudes. Gratias ago tibi, quod me ad adedò sanctum exercitium appellare uoluisti. Reple cor meum devotione, & os meum voce lætitiæ, ut dignè præstare id queam.

Quod si naturalico è strato exurgere horruerit, neutiquam repugantiæ huic succumbit, sed istis se ipsum trium Magorum verbis exstimulat: *hoc signum magni regis est, eamus*

De  
Oratio

*Psal. 107.*  
2.

& in

Et inquiramus eum: uti & illis, quibus implemet Salvator noster utebatur, ubi suam naturalem moriendi repugnantiam oppugnabat: ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut Ioan. 14. mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite 31. eamus hinc.

Adhæc interiori vi ac virtute dicit versus sequentes: *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum effunde cor tuum sicut aquam ante conspectum Domini.*

*In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus.* Ps. 41. 9.

*In noctibus extollite manus vestras in sancta: 133. 2. & benedicite Dominum.*

Toga se induens orare vocaliter pergit: *Indue me, Domine, divini tui Spiritus fervore.*

*Domine, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio anime mee. Anima mea desideravit te in nocte: sed & spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te.* Isa. 26. 8. 9.

*Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia justificationis tue.* Psal. 118. 62.

*Memor sui nocte nominis tui, Domine & sustodivi legem tuam.* v. 55.

*Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Gloria Patri &c. sicut erat in principio &c.* 70. 8.

Egrediendo è cella, atque eundo ad chororum submissa voce istos orat versiculos:

*Benedic, anima mea, Domino & omnia que intra me sunt nomini sancto ejus.* 102. v. 1.

*Benedix, anima mea, Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus.*

*Qui*

*Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,  
qui sanat omnes infirmitates tuas.*

*Qui redimit de interitu vitam tuam, qui co-  
ronat te in misericordia & miserationibus.*

s. & 137.

*Ingrediendo Chorum : Introibo, Domine,  
domum tuam : adorabo ad templum sanctum  
tuum & confitebor nomini tuo.*

*Aspergendo se aqua lustrali : Asperges me  
Domine, &c.*

*Genu coram Sanctissimo Sacramento fle-  
tendo : Tu rex gloria Christe &c. vel ; Ave  
salus mundi, verbum patris, hostia sacra, viva  
caro, Deitas integra.*

*Terram deosculando : loquar ad domi-  
num meum, cum sim pulvis & cinis.*

*Directionem pro officio facit hac ratione :*

„ Equidem non ignoro, Domine Deus meus,  
„ quod peccatoris, qualis ego sum, non est  
„ cantare laudes tuas ; quia non est speciosa  
„ laus in ore peccatoris : sed quoniam secun-  
„ dum magnam misericordiam tuam ad istud  
„ angelicum admittere me vis exercitium,  
„ illud cunctis mentis meæ affectionibus in  
„ unione perfectissimæ attentionis ac pro-  
„ fundissimæ reverentiæ, qua Dominus no-  
„ ster Jesus Christus hic in terris vivens te  
„ laudavit & oravit, peragere desidero. Re-  
„ ple, obsecro, cor meum devotione ac fer-  
„ vore, gratiamque magnæ hic animi mei ra-  
„ collectionis conservandæ mihi concede.  
„ Ex nunc improbo atque abduco omnes  
„ distractiones, quæ evenire mihi poterunt,  
„ protestans fore nunquam, ut in illis con-  
„ sentiam. Virgo Sacratissima, mihi patrocini-  
„ nare, ut gratiam mihi istam obtineas. *Ante*

De  
Oratio

A  
bene  
quod  
& al  
affec  
hoc o  
rear  
Chri  
D  
qua  
hora  
M  
tia, r  
tudi  
quos  
fider  
re :  
que  
fac  
V  
habe  
ang  
ris.  
sequ  
Den  
lauc  
scie  
in r  
& l  
frat  
plu  
ma  
nu

Aut brevius. *Aperi, Domine, os meum ad benedicendum nomen Sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis & alienis cogitationibus, intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè, attentè ac devotè hoc officium recitare valeam, & exaudiri merear in conspectu divinae Majestatis tuae per Christum Dominum nostrum Amen.*

*Domine, in unione illius divinae intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti has tibi horas persolvo.*

Magna psallit cum gravitate ac reverentia, tam ob infinitam Dei, cui loquitur, magnitudinem, quam multitudinem Angelorum, quos circum Thronum ipsius praesentes considerat, dicens intra se ipsum cum Regio Psal-  
te: *In conspectu Angelorum Psallam tibi. At- Psal. 137*  
que in super: *Voluntaria oris mei beneplacita 118. 108.*  
fac Domine.

Voci non parcit, quin potius e contrario habere optaret fortio-rem, ut per quatuor orbis angulos resonare faceret sui laudes conditoris. Novit enim, in finities plura illum mereri, sequens id quod Ecclesiasticus ait: *Exaltate Eccl. 43.*  
*Deum, quantum potestis, major est enim omni 33°*  
laude. Quod si dimidiata voce cantaret, conscientia ipsius non modo illi exprobraret suum in rebus ad pietatem pertinentibus torporem & languorem, verum etiam fastidium, quod fratribus suis moveret, & perniciosum exemplum, quod in aliis quibusdam sequi posset, magno cum detrimento gravitatis, qua divinum peragendum officium est.

*In amore ac deliciis habet Ecclesia cantum*

E e                      dicens

Psal. 118.  
103.

dicens cum Davide : *Quam duleia faucibus meis eloquia tua ! super mel ori meo !* Afficitur ac movetur in corde illis , quæ pronunciat : atque si quando naturali levitate animo distrahitur, id modico durat tempore, etenim ad devotionem & attentionem revocare se ipsum consuevit , quoties dicitur *Gloria Patri &c.*

*In fine Officii.*

„ Suscipe, & acceptum habere dignare, Domine Deus , hoc officium, quod ad æternam tuam laudem jam nunc decantavi: obsecro te, ut accipias omnes orationes illas, quas Dominus noster Jesus Christus unquam ad te fecit, ut illis suppleatur & satisfiat pro cunctis defectibus, quos ego hic admisi , atque ut cuncta ad majorem tuam gloriam, atque animæ meæ cedant salutem,

## CAPUT VIII.

### *De aliis noctis exercitiis.*

**I**lla sunt 1. Orare devotè officium B. Virginis parvum. 2. Obire aliquas devotas Stationes coram Sanctissimo Sacramento, in sacello beatissimæ virginis & alibi, juxta cujusque devotionem. 3. Brumali tempore se calefacere. 4. Præparare materiam pro oratione mentali matutina.

*Directio pro recitatione officii parvi B. Virginis.*

„ Domine Deus meus, qui me elegisti, ut specialiter serviam Sanctissimæ matri tuæ in

in hoc ei singulariter sacro ordine, te per  
 Sanctissimam voluntatem illam, qua ipsam  
 ab omnibus creaturis tuis dignissime hono-  
 rari desideras, oro, ut hanc mihi gratiam  
 modò concedas, ut tenera & reverenti pie-  
 tate, qualem supremæ dominæ meæ debeo,  
 hoc ipsius officium recitem. Tuque ò Sa-  
 cratissima Virgo, quæ mea es liberatrix, quo-  
 niam per te mundi pericula evasi, meque in  
 singularem tutelam tuam recepisti, accipe  
 honorem & modicum servitium, quod tibi  
 exhibere constituo.

*Stationes piæ post Matutinas.*

Istud devotionis exercitium illis, qui corde  
 pio illud obeunt, multas gratias, ac specialiter  
 orationis, conciliat.

Preces in hujusmodi Stationibus funden-  
 dæ cujusvis permittuntur optioni: actus ta-  
 men præcipui sunt adorationis, gratiarum  
 actionis atque ad Christum Jesum in Sanctif-  
 limo Sacramento orationis, ad Virginem Sa-  
 cratissimam laudis atque invocationis. Reci-  
 tari hic poterunt devotæ quædam litanæ,  
 prosæ, hymni aut aliæ pulchræ preces,  
 quales sunt illæ, quæ continentur in operi-  
 bus devotissimi P. Blossii & aliorum quorun-  
 dam ejusdem Spiritus Authorum, quorum  
 simplex & affectivus stylus interiorem animis  
 præbet saporem ac gustum, eosque sensim ad  
 veram recollectionem perducit. Aliquas qui-  
 libet pro gustu suo selectas congerere ac me-  
 moriæ mandare poterit, ut illis pro nata occa-  
 sione, uti queat.

Frequentius tamen coram Altari primario dici solet Antiphona, versus & oratio de Sanctissimo Sacramento, quod teste D. Thoma, est amor amorum, & dulcedo omnium dulcedinum. Superaddi poterit ex missali sequens de sumpta oratio ad honoranda tormenta, humiliactiones ac Sanctissimam Passionem Domini nostri Jesu Christi, qui in eorundem memoriam Sanctissimum Sacramentum istud instituit, atque ista eorum commemoratio multo amplius meritoria erit, quam forent complures etiam cujusvis quantumvis heroicæ virtutis actus, uti Seraphicus auctor est Sanctus Bonaventura.

*Devota Oratio.*

*Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui pro redemptione nostra nasci, & circumcidi voluisti: à Judæis reprobari, à Judæo osculo tradi, capi, ligari, & cum vinculis Annæ, Caiphæ, Herodi, & Pilato offerri, ac coram eis illudi, colaphis, alapis, flagellis, & arundine cædi, facie velari, sputis conspui, spinis coronari, à falsis quoque testibus accusari, à malis Judicibus judicari, & ut agnus innocens, crucem tuam ferendo, ad vitam duci, clavis perforari, felle & aceto potari, atque in crucem levari, inter latrones deputari, morte turpissima mori, & lancea vulnerari; tu, Domine, per has Sanctissimas poenas, quas nos indigni famuli tui recolimus, & per sanctam crucem tuam libera nos à pœnis inferni, & perducere digneris nos miseros peccatores, quo perduxisti crucifixum tecum latronem pœnitentem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate*

*Spiri-*

*Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.*

In Sacello Beatissimæ Virginis.

Devotæ Salutationes.

*Ave Maria, Filia Dei Patris.*

*Ave Maria, Mater Dei Filii.*

*Ave Maria, Sponsa Spiritus Sancti.*

*Ave Maria, Templum totius Divinitatis.*

*Ave Maria, candidum liliū fulgida semperque tranquilla Trinitatis.*

*Ave Maria, rosa præfulgida cœlicæ amœnitatis.*

*Ave Maria, virgo virginum, virgo fidelis, de qua nasci & de cuius lacte pasci Rex cœlorum voluit.*

*Ave Maria, Regina Martyrum, cuius animam doloris gladius pertransiit.*

*Ave Maria, Domina mundi, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra.*

*Ave Maria, cordis mei Domina, Mater, vita, dulcedo & spes mea charissima.*

*Ave Maria, Mater amabilis.*

*Ave Maria, Mater admirabilis.*

*Gratia plena, Dominus tecum.*

*Benedicta tu in mulieribus.*

*Et benedictus fructus ventris tui Iesus.*

*Et benedictus Sponsus tuus Ioseph.*

*Et benedictus pater tuus Ioaachim.*

*Et benedicta Mater tua Anna.*

*Et benedictus filius tuus Iohannes.*

*Et benedictus angelus tuus Gabriel.*

*Et benedictus Pater aternus qui te elegit.*

*Et benedictus Filius, qui te amavit.*

*Ee 3*

*Et*

438 SPIRITUS ACTIONUM

*Et benedictus Spiritus Sanctus, qui te Sponsavit.*

*Et benedicti in aeternum omnes, qui benediciunt tibi & diligunt te.*

Ad Dominum nostrum & Sanctissimam Virginem simul.

*Miserere mei, pie Jesu: consolare me Maria, Mater Dei humillima. Auferte à me quidquid oculis vestris displicet. Commendo me nunc & in hora mortis meae. Ecce Domine mi, ego resigno me totum in tuum beneplacitum: fiat semper in me, & de me gratissima voluntas tua. Efficace me hominem secundum cor tuum: redde me tibi placentem: da mihi, ut diligam te toto corde, tota anima, tota virtute, Amen.*

*O Domina mea, ora pro me misero peccatore. Impetra mihi cor secundum cor Dei. Impetra purum amorem erga Filium tuum & ergate. Amen.*

Alia oratio ad beatissimam Virginem.

*Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum à seculo quenquam ad tua currentem presidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelictum: Ego tali animatus fiducia ad te, virgo virginum, Mater, curro: ad te venio: coram te gemens peccator assisto: noli queso, Mater verbi, verba mea despiciere, sed audi propitia & exaudi. Amen.*

Directio ante Calefactionem.

» Domine Deus meus, obedientia jubet, hic  
» me ut calefaciam, idque levamenti recipiam,

piam, cum tamen quavis indignus quiete, ,,  
 acerbiore pœna suscepta eluere mea debe- ,,  
 rem peccata. Hanc mihi, si placet, oro, gra- ,,  
 tiam concede, ut meæ sensualitati ne ser- ,,  
 viam, sed intra limites necessitatis me con- ,,  
 tineam. Eandem gratiam, Virgo gloriosis- ,,  
 sima, te oro.

*Animi interius inter calefacien-  
 dum colloquium.*

Cogitando ardores ignis infernalis dicet in-  
 tra te: *quis poterit habitare de vobis cum igne 1/Isai. 33.*  
*devorante? quis habitabit ex vobis cum ardo-*  
*ribus sempiternis?* Ea tamen infelicissimorum  
 damnatorum fors miserrima est. Verùm illam  
 & ego æque atque ipsi, imò multò amplius,  
 quam plures ex ipsis, peccatis meis scœpius ite-  
 ratis promerui, atque si flammis illis reverà ad-  
 dictus non sum, infinitæ id Dei in me miseri-  
 cordiæ tribuere habeo.

Cogitando de Martyrum ignibus: Ani- ,,  
 ma mea, nunquid comparati nos essemus ,,  
 ad subeunda similia illis, quæ generosi illi ,,  
 pertulerunt Christiani? Nunquid pro Deo ,,  
 & pro fide vel aliquem istius ignis conta- ,,  
 ctum perferre vellemus? Heu! quanta ,,  
 nobis causa est nos deprimendi & confun- ,,  
 dendi! attentâ ignaviâ nostrâ cum genero- ,,  
 so & constanti magnorum illorum sancto- ,,  
 rum amore comparatâ. Interea quia eadem ,,  
 mihi fides, idemque Deus est, quia eandem ,,  
 cœli gloriam spero, atque animam haud ,,  
 minus pretiosam salvare habeo, nunquid ,,

„æque atque ipsi ad subeundum Martyrium  
 „esse meritò deberem comparatus?

Morale documentum ex ignis operatione  
 „hauriendo dicet: Itane verò ad materialem  
 „ac sensibilem ignem istum approximat  
 „corpora gelu stupentia excitat & concale-  
 „facit, atque nos tamen Deo, qui multo vi-  
 „vacior, quia *Deus noster ignis consumens*,  
 „est, approximantes adeò parum illius persen-  
 „tiscamus effectus; Ubi quælo fervor est,  
 „quo succensus ire deberem ab oratione? ubi  
 „ardores, quibus à sacra communione ex-  
 „astuare me oporteret.

*Elevatio mentis ad Deum lectioni medi-  
 tationis materia præmittenda.*

„Aperi, Domine, mentem meam materia,  
 „quam lecturus sum, ut durante oratione cum  
 „divina occupare me possim tua Majestate.  
 „Etenim hic tu nisi egeris inde ego elicere ni-  
 „hil potero; sed gratiam illam mihi con-  
 „cede, ut ædificationi meæ accommodatio-  
 „ra, atque quibus amplius me movere atque  
 „ad serviendum tibi inflammare tibi placu-  
 „erit, cuncta observem: Illam per merita &  
 „intercessionem beatissimæ ac gloriosissimæ  
 „Virginis te oro.

## CAPUT IX.

*Exercitia temporis matutini.*

**S**omno excitatus ubi quis fuerit i. Signo  
 crucis se muniens in genua provolutus  
 Deum adorabit dicens: *benedicta sit sancta*

*& in-*

Et individua Trinitas, Pater, Et Filius, Et Spiritus Sanctus, nunc Et semper, Et per infinita sacula saculorum. Ac proinde

2. Superabit omnem surgendi difficultatem, ore simul & corde dicens: *Qui mane vigilant ad me, invenient me.* Prov. 8. 17

*Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, Et in conspectu Altissimi deprecabitur.* Eccli. 39. 6.

3. Festinato vestibus se induet, recitando versus sequentes:

*Deus Deus meus: ad te luce vigilo. Surrexit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea?* Psal. 62. 1.

*Prævenierunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* 118. 148.

*Audiam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.*

*Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.*

*Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

*Gloria Patri Et Filio, &c.*

4. Ad orationis locum se conferet dicens intra se:

*Quærite Deum, Et vivet anima vestra.* Psal. 68. 33.

*Accedite ad eum, Et illuminamini: Et facies vestre non confundentur.* 33. 6.

*Cum quæsieris Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quæsieris, Et tota tribulatione anima tua.* Deut. 4. 29

*Apud me oratio Deo vita mea: dicam Deo Susceptor meus es.* Psal. 41. 9. 10.

*Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.* Ee 5 5. 87. 39

5. Faciet generalem totius diei directionem hoc modo.

1.

*Adoratio.*

Superadorabilis divina Majestas, Pater & Fili, & Spiritus Sancte, Dominus meus, ac Deus meus, unicum ac summum bonum meum, in quo tota felicitas mea consistit, te ex intimo pectore meo adoro, te toto corde laudo: te omnibus viribus meis & animæ meæ facultatibus benedico.

Te Creatorem ac Deum meum agnosco, tibi que omnia, quæ infinitæ magnitudini tuæ debeo, obsequia exhibere desidero.

2.

*Gratiarum actio.*

Gratias tibi ago pro omnibus & singulis, quæ usque modo à liberalitate ac paterna bonitate tua recepi, beneficiis (*gratias hic agere poteris de beneficiis creationis, vocationis ad veram fidem, quodque tamdiu in statu peccati fuerit toleratus, vocationis ad statum religiosum*) speciatim verò pro vigilantia, quam pro me nocte ista habuisti, quodque etiam mihi tempus ulterius peccata mea expiandi, atque in virtutibus, meritis, ac perfectione proficiendi indulges.

3.

*Oblatio.*

Offero tibi quidquid sum, quidquid habeo, & quidquid possum semper atque in perpetuum. Peculiariter verò hodie divinæ Majestatis tuæ honori consecro omnes meas cogi-  
tatio

tationes, verba, & opera, omnes motus, sensus  
atque animi mei affectiones. Cupio, ut omnia  
ista cedant ad æternam tuam gloriam, sintque  
toridem actus laudis, adorationis ac tui  
amoris.

In veritate atque ex toto corde meo tuo  
sancto & amabili servitio me devoveo, omni-  
no desiderans, ut omnia diei istius momenta  
per fidelem observationem Regulæ, Consti-  
tutionum, obedientiæ & generatim divinæ  
voluntatis tuæ executionem tibi soli impen-  
dam. Gratiâ age tuâ, Domine, ita ut fiat, &  
quidquid in me fuerit sine ulla intermissione  
te glorificet.

Offero etiam tibi, & affectione atque in-  
tentione accedo ad omnem amorem, omnem  
gloriam, atque omnes laudationes, quas hodie  
in cælo & in terra recipies.

Atque ut omnes diei istius actiones tibi  
gratiores efficiam, illas tibi offero in unione  
earum, quas Salvator meus, Christus Jesus, hic  
in terris cum ageret, fecit, ut ex illis meritum  
ac valorem suum recipiant. Illas enim, si mi-  
hi possibile foret, eadem intentionis & amo-  
ris puritate, qua sancta humanitas illius suas  
perficiebat, & ego perficere vellem.

Nunc jam amore tui gratas habeo omnes  
adversitates, contrarietates, atque animi ægri-  
tudines, quas mihi immittere volueris. Tibi  
etiam pœnas omnes piaculares offero, quas  
subire ac sustinere habebō.

Jam nunc nihilominus tentationibus atque  
perversis hostium salutis meæ suggestionibus  
renuncio. Omnes quoque superbiæ, vanæ glo-  
riæ,

riæ, proprii amoris, cupiditatum, aliarumque  
perverfarum inclinationum & affectionum in  
me fortasse nascituros motus improbo ac re-  
jicio.

4.

*Bonum propositum.*

Omninò constituo adeò mihi metipſi invi-  
gilare, atque in tali aut tali animi motu ſive  
paſſione cohibenda ita me fidelem exhibere,  
tantamque nativæ propenſioni meæ inferre  
violentiã, ut mediante gratia tua in conſue-  
tas culpas meas non relabar. Quod ſi per im-  
prudentiã aut oblivionem quid amiſero,  
quod huic adverſetur propoſito, jam tum  
illud execror ac deteſtor, veluti etiam impro-  
bo ac rejicio omnia verba, cogitationes atque  
actiones, quæ puro tibi placendi deſiderio  
animata non fuerint.

5.

*Petitiones.*

Dignare, Domine, accipere & gratam ha-  
bere hanc oblationem ac bonum propositum  
meum, meque in via ſanctorum mandato-  
rum tuorum conſervare. Deduc me, quæſo,  
iſtationibus & occultis attractibus tuis per  
virtutum ac Sancti amoris tui exercitium. In-  
ſpira & ſuggere mihi quid cogitare, facere &  
dicere me oporteat, tibi ut placeam. Cor  
meum omninò ad te converte, illique inge-  
nem eorum omnium, tibi diſplicere, aut te  
offendere quæ poſſunt, imprime horrorem.

Curam mei pro immenſa miſericordia tua  
gere, & peccata, quæ ullo unquam tempore  
contra celſiſſimam Majeſtatem tuam amiſi,  
gratiarum tuarum contemptum, qui toties  
mihi

De  
Oratio

mihiobrepsit, & innumeras in divino servitio tuo infidelitates clementissimè Ignosce.

De omnibus necessitatibus meis spiritua-  
libus & corporalibus in misericordissima bo-  
nitate tua penitus acquiesco. Singularissimè  
verò à te peto gratiam hanc, ut in hujus vel  
illius virtutis, quæ commendata mihi est,  
quaque imprimis indigeo, exercitio fidelis ex-  
istam. Esto mihi murus impenetrabilis con-  
tra inimicos meos, corrobora me, ut Caco-  
dæmonis tentationibus ac mundi cogitatio-  
nibus, quæ impetere me possent, queam resi-  
stere.

6.

*Invocatio Beatissima Virginis.*

Virgo sanctissima, cæli, Angelorum & ho-  
minum Regina, gratiarum Thesauraria, ac  
spes omnium hujus ordinis Religiosorum, ti-  
bi specialiter intimo ac sincerissimo serviendi,  
teque in omnibus, quæ hodierna die cogitatu-  
rus, dicturus, & facturus sum, honorandi desi-  
derio me consecro ac devoveo, supplex oro te  
Mater amantissima, ut sub tua sanctissima  
omni tempore tutela me serves, in omnibus  
hujus sanctæ religionis exercitiis me dirigas  
ac deducas, & felicem in illis ad ultimum ul-  
que vitæ meæ diem perseverantiam mihi ob-  
tineas.

7.

*Ad Angelum Tutelarem.*

Angele Dei, qui custos es mei, te etiam sup-  
plex rogo, ut omnis administrationis & gu-  
bernationis meæ curam agas, & misero & in-  
grato huic peccatori tuum auxilium ac præsi-  
dium semper exhibere portò pergas. 8.

*Ad Sanctos Patronos.*

Et tu gloriosissime Sancte Joseph & cæteri patroni mei N. N. (*specialiter ille cuius nomine quis insignitur, mensis huius patroni. Et de quo illa die fit officium.*) vos obsecro, & obtestor, ut vestram specialem mihi gratiam præstare nunquam desistatis. *Pater noster. Ave Maria. Credo.*

*Directio pro inchoanda oratione Mentali,  
atque in præsentia Dei in illa  
se constituendo.*

„ Domine Deus infinitæ Majestatis, ecce  
„ hic præsentem me sisto, ut loquar magni-  
„ tudini tuæ ego inops ac miser peccator,  
„ omni dignus contemptu, quique à tuo ar-  
„ ceri conspectu potius mererer, quam tibi  
„ approximare ut auderem. Te, supreme Rex  
„ regum, adoro, atque ante divinam Majesta-  
„ tem tuam omni, qua possum, humilitate,  
„ veneratione ac profundissima reverentia  
„ me prosterno. Pœnitet me omnium infi-  
„ delitatum mearum, & specialiter huius &  
„ illius, ob quas meritò, ne à te modò repel-  
„ lar, formido. Illas mihi, oro te, per infinitam  
„ misericordiam tuam, si tibi placet, condo-  
„ na. Promitto tibi fore, ut deinceps mihi  
„ metipsi studiosius attendam, & gratiis ac se-  
„ cretis inspirationibus tuis fidelio rem me  
„ exhibeam. Offero tibi hanc orationem,  
„ quam ad majorem tuam gloriam atque  
„ animæ meæ salutem facere volo, protestans  
„ ullum

ullum alium finem à me nequaquam iri in-  
 tentum, veluti etiam jam tum omnibus di-  
 stractionibus, quæ hic contra voluntatem  
 meam obrepere mihi possent, renuncio. Re-  
 ple memoriam meam cogitationibus san-  
 ctis, illustrationibus tuis intellectum, atque  
 vel exiguâ amoris tui flammulâ volunta-  
 tem, ut hinc abeam totus in alium mutatus,  
 atque ad serviendum tibi multò, quam ha-  
 ctenus unquam, amplius comparatus. Hanc  
 gratiam te oro per merita Domini mei Jesu  
 Christi & per intercessionem gloriosissimæ  
 ac Sanctissimæ Matris ipsius.

*Redeundo ad cellulam post primam.*

*Convertere, anima mea, in requiem tuam :  
 quia Dominus benefecit tibi. Unam petii à  
 Domino, hanc requiram : ut inhabitem in do-  
 mo ejus omnibus diebus vitæ meæ.*

*Psal. 114.*

*7.*

*26. 4.*

*Illam ingrediendo.*

Domine Deus meus, gratias tibi ago ex  
 toto corde meo, quod matutini hujus tem-  
 poris exercitiis meis tuam impertiri benedi-  
 ctionem voluisti. Tu enim es, qui fac etas  
 illustrationes & sensus, quos expertus in illis  
 fui, inspirasti : Illa, oro te, in anima n̄ ea to-  
 ta die hac conserva, mihi que gratiam, ut na-  
 ta occasione illa in praxin redigam, indul-  
 ge. Fac, Domine, ut earum interventu ab  
 omni dissipatione atque in actionibus meis  
 extroversione me servem. Quod si ex  
 parte mea adfuerit aliqua socordia ac negli-  
 gentia, rogo te, ut illam mihi remittas, neque  
 me

„ me in pœnam tuis gratis prives : quin potius illas mihi exhibere porrò pergas, ut hodie in sancta præsentia tua semper ambulare valeam.

*Cellulam ordinatè componet.*

Bonus, ac virtutis & perfectionis amans religiosus cellulam suam considerat, ut locum sacrum, ac Deo orationibus ac bonis operibus ab illis, qui eam hætenus ante ipsum inhabitaverunt, factis sanctificatum : ut locum in quo Spiritus Sanctus interioribus visitationibus suis non rarò illi ad cor loqui consuevit : locum, quem mundum & compositum tenere semper debet, ob reverentiam, quam debet Angelo suo tutelari, qui semper illi adest. Dicere intra semetipsum poterit.

*Exod. 3. 5. Locus, in quo stas, terra sancta est.*

*Psal. 25. Domine, dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloria tue.*

*Apoc. 21. 8. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.*

*Baruch. 3. Angelus meus vobiscum est.*

*6. 6.*

CAPUT X.

*De opere Manuali.*

**D**irectio ista erit : Domine Deus meus, ad laborem obedientia me vocat, da mihi gratiam, ut in illo tibi placeam, ut te præsentem mihi semper habeant, ad inspirationes atque interiores visitationes tuas animum intendam, atque in omni hoc opere debito cum fervore & modestia, ad majorem tuam gloriam.

nam, animæ meæ profectum, fratrum meo-  
rum ædificationem atque ad imitationem Sal-  
vatoris mei Christi JESU, qui unâ cum pa-  
tre suo Josepho laboravit, ut exemplum mihi  
præberet, me geram. Rogo te, ò Virgo Sa-  
cratissima, tuis mihi intercessionibus opem  
ut feras.

*Interior occupatio.*

*Operamini non cibum, qui perit, sed qui per-* Ioan. 6. 27  
*manet in vitam æternam.*

*Quodcumque facitis, ex animo operamini,* Col. 3. 23  
*sicut Domino.*

*Dum tempus habemus, operemur bonum.* Galat. 6.

*Operamini dum dies est, venit nox, quando* 10.  
*nemo potest operari.* Ioan. 9. 4

*Bonum facientes non deficiamus, tempore* Gal 6. 9.  
*enim suo metemus non deficientes.*

*Euntes ibant & flobant, mittentes semina sua:* Psal. 128.  
*venientes autem venient cum exultatione, por-* 6.  
*tantes manipulos suos.*

*Labore finito.*

Recipe Domine, si placet, exiguum hunc  
laborem, quem volui & conatus sum facere  
ex sancta obedientia ad maiorem gloriam  
tuam. Fac, ut ille mihi ad meum spirituale  
profectum conducat. Virgo Sanctissima hanc  
mihi tu gratiam ora & exora.

*Vbi in vicem laboris manualis rei*  
*cuiusdam describenda vacatur.*

Scriptio huiusmodi argumenta plerum-  
que sunt exercitia quædam spiritualia ac de-  
vota, quæ quis sive pro aliis, sive pro se ipso de-

F f scri-

scribit, cui rei qui vacat, eorum dulcedinem interea etiam dum scribit, gustare contendit.

Semetipsum considerat, veluti Spiritus Sancti Secretarium, qui id, quod scribit in manus cujuscumque amicorum ac fidelium servorum suorum ut deveniat, disponit: peregrina ac divina illa lumina sunt, quæ de cælo ab eo, illi qui scribit, submituntur.

Fore etiam cogitat, ut particeps evadat meriti bonorum operum, quæ ex eorum, quæ describit, lectione consequentur. Scriptura enim illius idem, quod magistrorum spiritualium dissertationes bonæ, efficiet: ac fructus ipsæ fortassis eò amplior erit, quòd sermo prolatus transeat ac deperat, ubi Scriptura post plurimos annos perseverat.

*Directio.* Mi Deus, ut sanctè & fructuosè tempus meam impendam, cum obedientiæ sanctæ merito ad ea, quæ mihi & pluribus aliis, pii ac devoti ut evadamus, usui esse queant, describenda animum intendo. Toties in ista scriptione mea glorificare te desidero, quot lineas incipiam, imo quot literas pingam. Oro te, ut acceptam habeas actionem istam, veluti per Sanctissimas ac purissimas gloriosissimæ virginis manus illam tibi nunc offero.

## CAPUT XI.

*De solitudine ac lectione Spirituali.*

**U**Bi in cellulam sese suam denuò recipiet mentem ad Deum hac ratione elevabit: *Eccetempus, Domine, quod religio mihi per-*  
mittit,

mittit, ut tibi ac mihi soli extra omne hominum commercium vacem. Gratiam hanc mihi concede, ut illud utiliter transigam, atque in eo Spirituales delicias, quas fideles servi tui experiri tum solent, degustem. Virgo gloriosa, quæ Mater Dei fieri tum meruisti, cum intuo cubili sola reclusa consisteres, hanc ab ipso mihi gratiam obtrine.

*Piæ considerationes de secessu  
ac solitudine.*

*Vade popule meus, intra in cubicula tua, clau-*  
*de ostia tua iuper te, abscondere modicum ad*  
*momentum.* Isa. 26. 20.

*Deducam eam (animam) ad solitudinem,* Ose. 2. 19.  
*Et ibi loquar ad cor eius.*

*Hæc requies mea in seculum seculi, hic habi-*  
*tabo, quoniam elegi eam.* Psal. 131.  
14.

*Cella continuata dulcescit, Et male custodita*  
*radium generat.* Thomas à Kempis. *In omni-*  
*b; requiem quæsiui, Et nusquam inveni, nisi*  
*in angulo cum libello.* Idem

*Elevatio ad Deum ante lectionem*  
*Spiritualem.*

Sanctissime Spiritus, qui luminibus tuis Authorem hujus libri illustrasti, qui que illius operâ divinam tuam intelligere me facis doctrinam, gratiam mihi concede, ut ea, quæ in illo continentur, probè intelligam, adeò bene degustem, tamque profundè imprimam cordi meo, ut in praxin ea redigam ad majorem tuam gloriam, atque animæ meæ in perfectione profectum. Virgo Sacratissima, mecum, quæso, communica suavissimam

devotionem illam, qua sacram tu scripturam legebas, ubi in templo cellulae tuae inclusa morabaris. Hoc ego à te profundissima peto cum humilitate ac te imitandi desiderio.

*Devotæ Cogitationes atque  
aspirationes.*

*Sap. 7. 7.* Optavi, & datus est mihi sensus, & invocavi, & venit in me Spiritus Sapientiae.

*Psal. 118. 18.* Revela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

*Da mihi, Domine, sedium tuarum, assistentem Sapientiam, ut mecum sit, & mecum laboret, & noli reprobare me à pueris tuis, quoniam servus tuus ego sum & filius ancillae tuae.*

*Sap. 9. 4. 5.*

*v. 10.*

*Emitte ill. in de caelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuae, ut sciam, quid acceptum sit apud te omni tempore.*

CAPUT XII.

*De Missa Conventuali, vel quavis alia, cui interesse quis habet.*

**D**irectio praemittenda prius ad ipsam quam accedat. Pater aeternae, qui mundum sic amasti, ut illi unigenitum tuum filium dares: Et tu Domine Jesu Christe, qui pro immenso, quo in nos ferebaris amore, satis minimè habuisti, quod semel in cruce sacrificium pro peccatis nostris temetipsum obtuleris, verum etiam ter adorandum altaris sive Eucharistiae Sacramentum instituisti, in quo toties aeterno Patri tuo te offeres, quoties Sacerdotes missam faciunt:

huic

huic equidem divino jam adesse sacrificio , ,  
 teque illic una cum beatis Spiritibus , qui , ,  
 illic præsentés tibi sunt , adorare desidero. , ,  
 Purifica, quæso, cor meum, meque a deo sub- , ,  
 limi mysterio dignum constitue. Hanc et- , ,  
 iam mihi gratiam concede, ut inde multò, , ,  
 quam hætenus unquam, ad tibi serviendum , ,  
 ferventior recedam. Et tu, Virgo Sacratif- , ,  
 sima, quæ cruento crucis sacrificio præsens , ,  
 adfuisti, & maxima in mortem tui filii re- , ,  
 signatione in illo consummando ei coope- , ,  
 rata fuisti; fac modò, ut attentus ac devo- , ,  
 tus huic sacrificio adsim ad majorem Dei , ,  
 gloriam, in exhibitam Redemptori meo , ,  
 gratiarum actionem atque in perpetuam , ,  
 tuam laudem.

Quod si Missa canatur, optimum exerci-  
 tium erit interius, si quis respondeat, & pia  
 quadam cum alacritate cum choro ipso con-  
 cinat, cordeque hoc dicere, quod ore profert,  
 connitatur, exempli gratia: *Kyrie eleison, Do-*  
*mine miserere. Laudamus te, benedicimus te*  
*& reliqua ex hymno Angelico Gloria in excel-*  
*sis, &c.* Quid Domine? itane tu per mittere , ,  
 non dedignaris, ut te laudem, te benedicam, , ,  
 te adorem, te glorificem? Te magne Deus , ,  
 ac summe Rex cælorum, qui es ante omnia , ,  
 sæcula? Te, Jesu Christe æterni Patris Fili, , ,  
 Dei agne, qui in mundum venisti tollere , ,  
 peccata illius: Te Spiritus Sancte, qui in , ,  
 eadem cum Patre filioque gloria adoraris. , ,  
 Tu, inquam, non dedignaris vocem laudis, , ,  
 quam inops ac misera creatura tua depro- , ,  
 mere conatur in hoc sacro loco, atque in il- , ,  
F f 3 lorum

„lorum celebratione myſteriorum, quæ ipſi  
 „angeli absque terrore non poſſunt conſpi-  
 „cere. *Quod angeli videntes horreſcunt, nec*  
 „*liberè audent intueri propter emicantem inde*  
 „*ſplendorem.* S. Chryſoſt.

ſimiliter ad *Alleluja* & *Sanctus* ſatis eſt, ſi  
 illa ſanctâ quadam cum lætitia quis concinat,  
 uniendo vocem & intentionem ſuam ad *Alle-*  
*luja* Sanctorum in cælo, & ad *Sanctus* Sera-  
 phicorum Spirituum, nec non ad *Oſanna* pue-  
 rorum Hebræorum, qui elata voce Domino  
 noſtro, ubi cum triumpho introibat in Jeru-  
 ſalem, ad extremum urbem illam ingrediens  
 illic ut moreretur, gloriam decantabant.

Epistolam & Evangelium magna cum at-  
 tentione & reverentia auſcultare debemus,  
 quin frivolam hanc prætexamus excuſatio-  
 nem, quòd, cum toties illa audiverimus, me-  
 moriâ jam teneamus. In illis enim audiendis  
 maximum comparare nobis meritum poſ-  
 ſumus.

Symbolum cum affectu pronunciemus ac  
 voce elata noſtræ fidei profeſſionem decante-  
 mus oportet, gloriantes, Chriſtiani atque Ec-  
 cleſiæ filii quod ſimus.

Oramus unâ cum Sacerdote, ubi hic dicit  
 orationes, & ubi cantat præfationem: in illis  
 enim loquitur in plurali ac nomine omnium  
 aſſistentium, quos præviè ſalutavit dicendo:  
*Dominus vobiscum*, quæ ipſi reſponderunt:  
*Et cum Spiritu tuo.* Deinde dixit: *Oremus*, ut  
 illos ad cor ſuum applicandum ad ea, quæ lin-  
 guâ ille ſuâ pronunciat, invitaret.

Suadendum non eſt, ut aliæ dicantur hic  
 preces

preces  
 conjun-  
 unâ cu-  
 quo D  
 obſtalit  
 cii qui-

1. In  
 ſinguli  
 noſtræ  
 dempt

2. U  
 que ex  
 vinita

3. I  
 noſtræ  
 terris

rum  
 detine

4.  
 ætern  
 bis ſp  
 ceſſar

I.  
 offer  
 alior  
 rum  
 lii tu  
 bene  
 ipſu  
 miſi  
 bene  
 quæ

preces vocales, sed solummodò ut quivis suam conjungat cum intentione Sacerdotis, atque unà cum ipso ad eosdem fines, eodem modo, quo Dominus noster pro toto mundo illud obtulit, offerat sacrificium. Ut finibus sacrificii quis se conformet, oblatio erit:

1. In gratiarum actionem pro omnibus & singulis beneficiis, ac specialiter pro beneficio nostræ cruentæ Jesu passione consummatæ redemptionis.

2. Ut dignissimâ, esse quæ possit, hostiâ atque excellentissima adoratione supremum divinitati debitum cultum exhibeamus.

3. In expiationem omnium nostrarum, quàm omnium hominum, sive in terris qui etiamnum existunt, sive eorum, quorum animæ in ignibus sive pœnis purgatorii detinentur.

4. Ad obtinendas per merita Jesu Christi æterno suo Patri oblata omnes gratias & nobis specialiter, & toti generatim Ecclesiæ necessarias.

*Oblatio Sancti Missæ Sacrificii.*

I. Celsissima & infinita Majestas Dei mei, offero tibi per manus Sacerdotis, omniumque aliorum, qui hodierno die toto orbe terrarum sacrum faciunt, sacrificium unigeniti Filii tui in gratiarum actionem incomparabilis beneficii redemptionis meæ, propter quam ipsum crudeli atque ignominiosæ morti permisisti. In recognitionem quoque aliorum beneficiorum sive generalium, sive specialium, quæ ab immensa bonitate tua ab ortu ac na-

nativitate mea usque modò recepi, ac singula-  
riter meæ vocationis ad sacram hanc Religio-  
nem, sine qua reliqua omnia inutilia mihi  
fuissent.

II. Per ipsam summæ tuæ atque infinitæ  
Celsitudini exhibeo omnes laudes, omnem-  
que quem meretur honorem, quoniam ex se  
ipso infiniti est pretii & valoris. Agnosco  
in te Majestatis abyssum omnes purarum crea-  
turarum laudes exhaurientem. Nostræ ad-  
orationes coram te omnino esse nihil viden-  
tur. Quidquid Angeli & homines possunt  
in tuo conspectu, nisi atomus quædam non  
est. Quod si vel millies me ipsum destruxis-  
sem, te ut honorarem, nihil dignum confide-  
ratione egissem, atque orbis universus tuæ  
gloriæ ergò in nihilû si recidisset, id quod tua  
meretur magnitudo, neutiquam adæquaret.  
Verùm in filio tuo Domino nostro, in Altari  
immolato invenio, unde meam suppleam im-  
potentiam, omnibusque meis desideriis satis-  
faciam. Solus enim ille plurius est, quàm mun-  
di infiniti, quoniam illius persona tuæ æqua-  
lis existit: per illum ergo satisfacio officio di-  
gnè adorandite, ô Deus infinite, illum enim  
dum tibi offero, hostiam offero tui instar in-  
finitam.

III. Respice, Pater cœlestis, oculis pieta-  
tis tuæ amabilissimum hunc filium tuum.  
Ignosce in gratiam hujus agni immaculati  
omnia peccata, quæ tanta cum indignitate  
in mundo contra tuam Divinam Majestatem  
admittuntur. In gratias ac benedictiones  
æquissimas supplicia illa quæ pro meis ego pro-  
merui.

merui  
mea  
tali p  
displi  
ces m  
nam  
dem.

IV  
lum,  
dares  
victis  
obtes  
stram  
stram  
plific  
lium  
reli  
rum  
qui  
egor  
bus  
lo fu  
orati  
sider  
mar  
mis  
rum  
quit  
etia

merui, converte. Miserere pauperulæ animæ  
meæ languenti, atque imperfectionibus,  
*tali* præsertim ac *tali*, quæ tibi in me maximè  
displicent, oppressæ. Potentes atque effica-  
ces mihi gratias tuas concede, ut illas ad æter-  
nam tuam gloriam castigem atque emen-  
dem.

IV. Te etiam per ingentem amorem il-  
lum, qui te impulit, ut mundo tuum filium  
dares, quique etiam ipsum incitavit, ut  
victimam pro nobis se daret, obsecro &  
obtestor, ut digneris sanctam Matrem no-  
stram Ecclesiam exaltare; Religionem no-  
stram in Sanctitate conservare atque am-  
plificare, curam agere Nationum infide-  
lium, omniumque populorum, qui in hæ-  
resi aut Schismate versantur: plurimo-  
rum etiam perversorum Christianorum,  
qui salutis suæ immemores vivunt, uti &  
egomet aliàs feci, omnium illorum, qui-  
bus malo sive exemplo sive consilio scanda-  
lo fui, omnium etiam eorum, pro quibus  
orare debeo, quique ut pro illis orem de-  
siderant, ac tandem pauperularum ani-  
marum in purgatorio detentatum, imprimis  
Parentum & Consanguineorum meo-  
rum, atque ordinis hujus Religiosorum,  
quibus solatium & requiem ut indulgeas,  
etiam atque etiam oro. Amen.

*F f s Ad*

*Ad Elevationes.*

*Ave verum Corpus natum, &c. sive Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.*

Christum Jesum Dominum nostrum in SSmo Sacramento tam pro nobis, quam pro incredulis & infidelibus, qui ipsum in hoc Mysterio non agnoscunt, adorando specialiter ab ipso petimus æternam salutem nostram & bonæ mortis postremam gratiam, dicentes v.g. *ô bone Jesu, ne separari à te unquam ne permittas. Tuus sum ego, salvum me fac.*

1. O mi Deus, super omnes gratias hanc mihi concede, ut è gratia tua nunquam excidam.

2. Nostrarum Pastor divine animarum, fac de ovibus ut tuis semper existam.

3. Quoniam, mi Deus, tuus proprius filius est, qui totus in hostia ista existit, per omnia ea, quæ fecit, per omnia, quæ pertulit, ut tuam gloriam restitueret ac meam operaretur salutem, te obsecro & obtestor, ut misericordiam animam meam infelici morte perire ne permittas.

3. Quod si Salvator noster Jesus Christus, qui hic in Altari præsens existit, nihili tibi esset, agere ferre non possem, quòd mihi nimè à te respicerer: si sanguis illius longè pretiosissimus infiniti valoris non esset, non haberem utique quod contradicerem, si gratiam, quam te oro, denegares. Verùm cum tuus ille filius sit, & sanguis illius pretii sit

De  
Oratio

fit infiniti, illam per merita ipsius certissimè spero & expecto.

*Ad Agnus Dei.*

Hic incipiunt præparationes ad Communionem spiritualem, quam quotidie quis faciat oportet, ubi Sacramentaliter ad sacram Communionem non accedit. In eo illa sita est, ut eosdem sibi optet effectus, quos ex re ipsa sumpta hostia sacra perciperet.

Utinam, Domine, tantæ virtutis essem, ut dignus forem, re ipsa temetipsum qui recipem: veruntamen oro te, ut fructus illius, illarumque gratiarum, quas in isto Sacramento dignè ipsum recipientibus impartiris me participem efficias.

Me ipsum dum probō, adeò peccatis me plenum, adeò in officio meo negligentem, adeoque in amore tuo frigidum me deprehendo, ut qui te intra me ipsum recipiam indignissimum me agnoscam. Conscientia mea tot infecta corruptionibus, quot mihi sunt perversæ inclinationes, adeò fœtidum odorem exhalat, te rogare ut non ausim, ad me ut ingrediaris. A planta pedis usque ad capitis verticem miseris amor proprius me cooperit, instar misellorum illorum, quibus nulla pars corporis sana jam consistit. Verum, Domine, si vis, potes me sanare, quin tuæ potentiae aut bonitati, ad me Sacramentaliter ut venias, necessarium sit.

Tantum dic verbo, & sanabitur anima mea: *Dic anima mea salus tua ego sum.* Fac me experiri, quia tu Deus meus, unicum bonum,

„ bonum, atque unica salus animæ meæ es,  
 „ Sensibus & operibus meis lacerrimæ hu-  
 „ manitati tuæ omnino me conformem con-  
 „ stitue, meque gratiâ tuâ, uti desidero, homi-  
 „ nem effice secundum cor tuum.

## CAPUT XIII.

*Methodus compendiosa audiendi  
 Missam privatam.*

**Q**U, Sacro decantato cum non adsit, au-  
 dit privatam, eandem facit oblationem  
 atque sub Elevationibus adorationem, nec  
 non actus eosdem pro spirituali communi-  
 one. Suum ibi non persolvit pensum hora-  
 rium, nisi fortè extraordinariis præpediatur  
 occupationibus. Quin potius interiùs occu-  
 patur, Missam in tres partes distribuens. Pri-  
 ma est ab initio usque *ad Sanctus*, quæ est ei  
 loco præparationis: Altera est à *Sanctus* ul-  
 que ad *Agnus Dei*, quæ sacrificii habet obla-  
 tionem: ac Tertia est ab *Agnus Dei* usque ad  
 finem, in qua fit communio spiritualis.

Quantum attinet ad primam, initio præ-  
 mittit directionem, ut habetur Capite præce-  
 denti. 2. Cum Ministro dicit *Confiteor*, inte-  
 riùs agnoscens peccata sua, eorumque petens  
 veniam per intercessionem Beatissimæ Vir-  
 ginis & omnium Sanctorum. 3. Intentioni  
 Sacerdotis quoad orationes, cæterasque pre-  
 ces suam adjungit. 4. Reliquum temporis im-  
 pendit Memoriam Passionis Domini nostri  
 Jesu

Jesu Christi, & effusionis sanguinis ipsius, cuius ipse Salvator continuam ulque ad finem mundi Altaris Sacrificium esse voluit commemorationem. Quam proinde oblivisci nulla debet quis ratione.

Quantum ad secundam, sacrificium offert ea ratione, quæ etiam habetur capite superiore. 2. Exhibet ad Elevationes adorationem pro omnibus illis, qui Dominum nostrum in isto mysterio non agnoscunt, neque adorant. 3. Petit suam propriam salutem atque omnium errantium conversionem. 4. *Pater noster* recitat unâ cum Sacerdote.

Quantum ad tertiam, facit communionem spirituales, rogando Dominum nostrum, ut ipsum illius virtute Sacramenti gratiâ suâ coroboret. 2. Gratias agit suam uniendo intentioni Sacerdotis, orationes in gratiarum actionem dicentis. 3. In fine benedictionem illius, ut filius à patre suo, recipit, fore confusus, ut cum illa ac per factam super illum Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filii ac Spiritus Sancti invocationem gratias è cælo accipiat, ut suis stet promissis, futurum videlicet, ut totus sit Dei.

## CAPUT XIV.

*Brevis conscientiæ discussio  
ante prandium.*

**D**uabus de causis discussionem istam instituimus. Prima est, ut renovemus bonum

bonum propositum circa virtutem, quam per illam hebdomadam aut mensē colendam selegimus: Secundò ut, num fortassis in matutini temporis exercitiis nostris aliquid relaxaverimus, agnoscamus. Conscientia sanè illa semper optima non est, quæ pauciora errata agnoscit, id enim provenire quandoque potest ex eo, quòd luminis parum habeat, aut quòd adeo ad illa, quæ facit, non animadvertat. Quin potius Conscientia optima illa est, quæ minimis etiam in rebus sibi ipsi invigilat. Versus sequentes animæ, ad seipsam ut revertatur, usui erunt, eamque ad istam disquisitionem disponent.

*Eccli. 21.*  
7. *Qui timet Dominum, Convertetur ad cor suum.*

*Thren. 3.*  
40. *Scrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum.*

*Psal. 18.*  
13, 14. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo.*

Directio simplici animi elevatione fiet, hac ratione. Immitte, mihi Domine, vel modicum luminis tui radium, ut agnoscam, qua in re in officiis nostris, & istius dimidiæ diei occupationibus deliquerim, malo ut consulam.

Deinde in memoriam nobis revocabimus omnes horas, & omnes præteritæ noctis ac temporis matutini actiones, ut videamus:

*Primò circa virtutem, quam colendam accipimus.*

1. Utrum mane bonum circa illam propositum elicuerimus,

2. Utrum actus illius, quos Deo polliciti sumus,

mus, exercuerimus, utrum hac in re infideles  
aut negligentes extiterimus.

3. Num aliquid dixerimus, fecerimus aut  
cogitaverimus, quod illi adverteretur.

4. Utrum exercitii istius memoria, velut im-  
portuna, molestiam nobis aliquam attulerit.

*Secundò circa noctis ac matutini temporis  
actiones*

Videbimus.

1. Utrum ad surgendum ad matutinas &  
orationem expediti fuerimus.

2. Utrum cogitationum primitias Deo de-  
derimus.

3. Utrum iaviti, vel tardiùs & post alios ad  
chorum nos contulerimus.

4. Utrum illic tædio affecti non fuerimus,  
aut officium ut brevius esset optaverimus.

5. Utrum aliò mente evagati non fuerimus.

6. Utrum, quæ nobis agenda erant, prævi-  
derimus, vel culpâ nostrâ evenerit aliqua con-  
fusio, quæ cultus divini gravitatem turbave-  
rit, aut fratrum nostrorum devotionem in-  
terruperit.

7. Utrum ad orationem nos ritè præpara-  
verimus.

8. Utrum pro debite in illa nos occupave-  
rimus, vel potiùs negligentes ac fastidiosi ex-  
titerimus.

9. Qualem ex illa fructum perceperimus.

10. Qua devotione sacrum vel audierimus,  
vel fecerimus, vel illi ministraverimus.

11. Utrum omiserimus, vel neglexerimus  
aliquas in illo, veluti momenti haud adeò  
magni, ceremonias.

12. Utrum

12. Utrum omnes actiones nostras ad Deum aut finem debitum direxerimus.

13. Utrum quamprimum fortassis ob respectum humanum fecerimus.

14. Utrum tempus extra cellam divagando, aut minus studiosè in illa fructuoso quodam opere nos occupando inutiliter transegerimus.

15. Utrum speciales preces nostras vocales festinatò, ac modica vel nulla cum devotione persolverimus.

Fructus disquisitionis istius in eo situs est, ut in nobismetipsis de noxis nostris coram Deo ruborem eliciamus, serioque constituamus, in easdem toto reliquo diei tempore ne utquam relabi, dicentes cum Davide: *Observabo me, ab iniquitate mea.* En meam, mi Deus, ingratitudinem atque in divino cultu tuo oblivionem, quam fore promitto, ut emendem, atque exactà circa meipsum vigilantia ea, quæ inconsiderantia aut infidelitate mea amisi, resarciam.

## CAPUT XV.

*Mortificationes atque humilia-  
tiones in Refectorio.*

**D**irectio: Domine Deus meus, gratias ago tibi, quod superiori meo inspiraveris, ut hanc vel illam Mortificationem publicè subeundam mihi injungeret. Inde intelligo, quantum vis in te deliquerim, nondum tamen me à te repudiari, quin potius tibi probari meum pro noxis admissis tibi faciendū

De  
Orati.

facies  
mort  
gno  
rim,  
meim  
mih  
pugn  
que  
inilla  
rem,  
ceptu  
tu  
P  
B  
juxta  
D  
oppre  
In  
seria  
Q  
probr  
E  
ejus  
li  
cont  
R  
nof

faciendi satis desiderium ; Offero tibi hanc ,  
 mortificationem sive humiliationem ma-  
 gno cum dolore, te unquam quòd offende-  
 rim, atque ingenti sancti odii & contemptus  
 meimetipsum concipiendi desiderio. Da  
 mihi, te oro, animum ac vires, ut omnem re-  
 pugnantiam, verecundiam, metum a'ios-  
 que depravatæ naturæ meæ defectus, quos  
 in illa subeunda expugnare habebò, exupe-  
 rem, ut ea ratione divinæ Majestati tuæ ac-  
 ceptum me constituam. Virgo Sacratissima,  
 tu mihi sis præsto protectione.

*Piæ Cogitationes atque aspirationes.*

Bonus Religiosus humiliatione lætatur  
 juxta id quod ait Jeremias Propheta :

*Dabit percutienti se maxillam, saturabitur Thren. 3.  
 opprobriis. 30.*

*Improperium expectavit cor meum, & mi- Psal 68  
 seriam. 21.*

*Quoniam propter te ( Domine ) sustinui op- v. 8.  
 probrium, operuit confusio faciem meam.*

*Excemus ad eum ( Christum ) improperium Heb. 13. 13  
 ejus portantes.*

*Ibant Apostoli gaudentes à conspectu conci- Act 5. 41.  
 lii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu  
 contumeliam pati.*

CAPUT XVI.

*Refectio.*

**R**efectorium sacrum repræsentat Cœna-  
 culum, ubi superior vicem agit Domini  
 nostri Jesu, & Apostolorum cæteri Religiosi.

G g

Sancti

Sancti nisi coactè & inviti cibum non capiebant, sed caratione, qua pharmacum capiunt ægroti, atque idcirco dicebant: *Accede ad alimentum, tanquam medicamentum.* Ita Jobus aiebat: *Antequam comedam suspiro.*

De  
Oratio

„ *Directio*; Domine Deus, quoniam voluntatis tuæ est, modò cibum ut adhibeam, eo duntaxat animo huc accessi, ut faciam satis necessitati, non verò ut corpoream expleam voluptatem. Sanctifica actionem istam, eamque gratam habere dignare, in unione refectionum, quas aliàs Dominus noster Christus Jesus cum Sacratissima Virgine ac Sancto Josepho, sive cum suis sumebat Apostolis. Gratiã mihi concede, ut modestiã hic utar ac temperantiã. Animum meum erige supra gustum & oblectamentum ciborum, fac ut anima mea Divinam tuam persentiscat præsentiam: ut animam æquè ac corpus ita reficiam, ut deinceps majori tibi serviam cum alacritate. Virgo Sacratissima, Mater amantissima ac singularis patrona, tuo sub nomine, & quoniam specialiter consecrati sumus tibi, elemosinæ, quibus nutriamur, nobis erogantur. Tuus ergo panis est, quo jam nunc, velut tuus filius familiars, vescar. Noli ergo permittere, ut voluptatis aut divinæ offensivis mihi sit occasio.

Spiritus istius actionis erit. 1. Ut magna cum attentione cantemus preces, quibus mensæ benedicatur. 2. Ut abstractè, absque voluntaria ad voluptatem vel etiam cibarium discretionem reflexione comedamus.

3. Ut

3. Ut illa cum gratiarum actione, quantum satis erit necessitati, & non ultra illam, sumamus, dicentes cum illo Seniore: *Non vivo ut edam, sed edo ut vivam*: permodici temporis experientia nos docebit, quid cuique sit necessarium. 4. Ut devotè & cum animi applicatione, non verò ex solo usu gratias Deo agamus.

*Interioris occupationis præter  
lectionem Materia.*

*Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.* Luc. 14.

*Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris* 15.

*mei, qui in cœlis est.* Ioan. 4. 34.

*Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.* Psal. 79. 6.

Quod si alimenta gustui arrideant, ibi fisti non debet, quin potius dici poterit: *Non est regnum Dei escæ & potus, sed iustitia, & pax & gaudium in Spiritu Sancto.* Rom. 14. 17.

Si verò e contrariò illa desipiant, cogitandum erit de felle porrecto Domino nostro, dicendo intra se: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Psal. 68. 22.

CAPUT XVII.

*Recreatio.*

**H**Ora recreationis non modò ordinata fuit, ut animus non nihil relaxaretur, ut inde æquali cum fervore continuetur ordinis ac Religionis custodia: verùm etiam ut hac ratione mutuæ conversationis suavitate serve-

tur unio & charitas fraterna, atque ut fratres invicem Religioso colloquio bono sint exemplo atque ad amorem Dei inflamment.

*Directio.* Domine Deus, quoniam voluntas tua fert, ut modò non nihil me recreem, ut ea ratione ad tibi serviendum comparatior evadam, oro te, ut istam mihi gratiam concedas, ut ea ad me ipsum attentione, eaque hinc modestiâ me geram, ut fratribus meis bono sim exemplo, hincque recedens idem, quod modò, tibi placendi desiderium sentiam. Virgo ter Sancta, quæ in Templo cum aliis sacratis Deo virginibus conversata fuisti, tua mihi protectione hic adsis, meque illius admirandæ humilitatis & modestiæ à te illic exhibitæ imitatorum constitue.

Fundus illius interioris dispositionis facili negotio sequentibus poterit conservari ac sustentari sententiis.

*Judith. 16.* Erat populus jucundus secundum faciem  
*24.* Sanctorum.

*Psal. 132.* Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum.

Ubi est caritas & dilectio, ibi Sanctorum est congregatio. Offic. cœnæ Dom.

*Joan. 13.* In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem,

## CAPUT XVIII.

*Instructio circa Cerimonias  
& modum cantandi.*

UT Ecclesiæ Cerimonias ac divini officii cantandi peritiam eo, quo oportet, habeamus loco, satis erit, si cogitemus ea esse, quibus altissimam Dei Majestatem immediatius atque expressius honoramus. Pro eo igitur, in quo erimus, æstimationis Dei ac virtutis Religionis, qua ipsum honoramus & colimus, gradu, perdiscendis ac ritè exercendis cerimoniis studebimus. Addi poterit sequentium ex sacris literis depromptorum contextuum consideratio.

*Quæst alia gens sic incluta, ut habeat ceremonias & universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?* Deut. 4. 8.

*Mandavit mihi Deus, ut docerem vos ceremonias, & iudicia, qua facere debetis.* v. 14.

*Pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, qua ego loquar ad te de universis ceremoniis domus Domini.* Ezech. 44. 5.

*Si quis ignorat, ignorabitur.* 1. Cor. 14. 38.

*Directio pro addiscendis ceremoniis.* Deus, Dominus ac Rex meus, quoniam elegisti me, è numero servorum ac ministrorum, divinæ Majestatis tuæ ut essem, oro te, ut eam mihi gratiam concedas, ut rectè percipiam & addiscam ea, quæ hic docebor, ut ad tuum servitium idoneus evadam. Et tu, ô virgo Sacratissima, in qua specialius fiduciam omnem meam repono, hanc à filio tuo gratiam mihi obtine.

## 470 SPIRITUS ACTIONUM

*Directio pro addiscenda arte cantandi.* Do-  
 „ mine , cupio idoneum mereddere ad tuas  
 „ in choro canendas laudes , quoniam ad  
 „ eum Religiosum me statum vocasti , in  
 „ quo teneor imitari vitam antiquorum Pa-  
 „ trum nostrorum , ac primorum Religioso-  
 „ rum, qui Psalmis & Hymnis tuæ gloriae de-  
 „ cantandis diu noctuque vacabant. Gra-  
 „ tiam itaque, rogo te, da mihi, ut artem hanc  
 „ adeò benè addiscam , ut pro parte quoque  
 „ mea ad antiquum conservandum divini of-  
 „ ficii splendorem, qui nunquam in hoc Or-  
 „ dine nostro quaesitus non fuit, contribuam.  
 „ Tu, virgo Sacratissima, vosque sancti & ele-  
 „ cti Dei, in quorum honorem toto anni cur-  
 „ riculo , & speciatim per hebdomadam  
 „ istam , in Ecclesia divinum decantatur offi-  
 „ cium , vestro mihi hic adeste atque opem  
 „ ferte interventu.

## CAPUT XIX.

*De tempore pomeridianorite  
transigendo.*

**S** ANCTI Spiritus consilium per Salomonem  
 nobis suggestum audiamus : *Mane semina*  
 Eccl. 11. *semen tuum , & vespere ne cesset manus tua :*  
 6. *quia nescis, quod magis oriatur, hoc aut illud, &*  
*si utrumque simul, melius erit : atque si dice-*  
*ret : incipe à summo mane per bona opera*  
*seminare semina piorum ac devotorum exer-*  
*citorum , neque ab illis sub vesperum de-*  
*siste, quoniam ignoras, utrum hæc an illa tibi*  
 magis

magis sint proficua, atque ad obtinendum à Deo benedictionem idonea: quod si ista æquè atque illa sint Deo accepta, ac tibi utilia, eò melius erit tibi.

Istius consilii usus in eo situs erit. 1. Ut quis fastidio, quod sæpius Religiosis conciliat dæmonium meridianum, ut è cellulis suis illos egredi faciat, ne succumbat. Etenim sibi ipsis inferre vim debent, ut in illis constanter persistant, dicentes cum illo, quo de mentio fit in vitis patrum: *Propter Deum hic sedeo. & parietes istos custodio.*

2. Ut repugnet somnolentiæ, scriptioni aut alteri cuiquam occupationi, somnum arcere quæ queat, vacando, veluti hocce disticho exprimitur.

*Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora.  
Sic erit hora brevis, sic labor ipse levis.*

3. Ut nulli omninò, quisquis ille sit, accessum permittat, qui temporis causare posset jacturam colloquendo, sive ad cellulæ januam, id quod aliàs prohibitum quoque est, sive aliò quopiam cum ipso sese conferendo ad confabulandum de illis, quæ reverà necessaria non sunt. Ad hoc plurimùm conducet, si consideret

1. Id quod dicebat beata Britannia Ducissa Francisca de Ambasia nostri ordinis Religiosa: fore nimirum, ut nulla de re Deus ita exactam repetiturus ab animabus Religiosis sit rationem, atque de temporis jactura,

2. Singula illius momenta esse perquam pretiosa, quoniam nullum est, in quo novum cœlestis gloriæ gradum promereri non queamus.

3. Tempus nunc esse misericordiæ, quo recto tramite incedendo ac dignos pœnitentiæ fructus faciendo pacem cum Deo nostram constituere possimus.

4. Fore, ut in hora mortis lætemur, quòd in meritis pro æternitate nobis conciliandis fideles extiterimus.

5. Satis esse, quod multum vitæ nostræ temporis vanitati atque inutilitati mundi impenderit, jamque nobis amissi temporis jacturam esse resarciendam, veluti Apostolorum vertex ait: *Sufficit prateritum tempus ad voluntatem gentium consummandam.*

1. Pet. 4. 3.

6. Negligendam nequaquam nobis gratiam esse, quam Deus nobis concedit, quamque pluribus, qui in interno jam agunt, denegavit, concedendo nobis tempus vitæ nostræ emendandæ ac nostrarum expiandarum noxarum.

7. Denique quod si animabus damnatis vel temporis, quod nos culpâ nostrâ amittimus, quadrantem horæ indulgeret, converterentur, atque in gratiam cum Deo ut redirent, conniterentur. Eapropter in die judicii Justitiam exacturæ sunt contra illos, qui rem ad eò pretiosam ita liberè dilapidarunt.

Omnes istæ considerationes depromptæ sunt ex Divo Bernardo, cujus egregia ac sententiosa verba sunt ista: *Nemo vestram par-*

vi aestimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis: volat verbum irrevocabile: volat tempus irremediabile, nec advertit insipiens, quid amittat. Licet fabulari, dicunt, donec hora praterat. O! donec praterat hora, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio conditoris indulget. Donec transeat tempus, quo divinam propitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam Societatem, suspirare ad amissam hereditatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. Serm. ad Schol.

## CAPUT XX.

*Exhortatio sive lectio  
Spiritualis.*

**E**X illa ut proficiamus, simplicem ac docilem animum adhibeamus est necesse, illis enim, qui hujusmodi sunt, cœlestis Doctrinæ gustum impetiri Deus consuevit. *Abcondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Cor etiam habere debemus affectum desiderio addiscendi veritatem & placita nostri status Religiosi, illa ut ipso opere perficiamus: scriptum est enim, verum ac sincerum discendi desiderium esse primum gradum, qui nos ad sapientiam deducat. *Initium sapientiæ verissima*

Matth. II.

25.

Sap. 6. 13.

G g 5

est

*est disciplina concupiscentia. Atque iterum:*  
*Math. 5. 6. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

*Directio.* Domine Deus, Religio me in  
 „ hunc locum conferre me jubet, ut isthic in  
 „ viis perfectionis ac sancti amoris tui eru-  
 „ diar. Me, obsecro te, dignum Sanctâ Scho-  
 „ lâ tuâ discipulum constitue, & simplicita-  
 „ tem ac docilitatem animi mihi impertire.  
 „ Gratiam mihi concede, ut attentum me  
 „ præbeam, quò sic intelligam ac memoriâ  
 „ retineam ea, quæ Magister aut Director  
 „ meus verbis tuis dicturus est mihi, ut meas  
 „ obligationes ubi magis magisque cogno-  
 „ vero, magna illas fidelitate adimpleam.  
 „ Te etiam oro, Sacratissima Virgo, hanc  
 „ mihi gratiam ut obtineas.

*Monita ex Literis sacris  
 deprompta.*

- Iac. 1. 22. Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vos metipsos.*  
*Rom. 2. 13. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.*  
*Deut. 24. 8. Facies quæcunque docuerint te Sacerdotes.*  
*Ioan. 14. 23. Si quis diligit me, Sermonem meum servabit.*  
*e. 13. 17. Si hac scitis, beati eritis, si feceritis ea.*

## CAPUT XXI.

*Completorium.*

„ *D*irectio. En iterum, Domine Deus  
 „ meus, transactum vitæ meæ diem,  
 „ quem mihi indulseras, ut agerem pœniten-  
 „ tiam atque in virtute ac tui amore profi-  
 „ cerem. Heu me! id quomodo feci? fi-  
 „ nis istius diei vitæ meæ quoque finis me  
 „ commonet. Tibi præsentem me hic si-  
 „ stam, rationem tibi ut reddam, atque eo  
 „ me in statu ut constituam, in quo mori  
 „ peroptarem. Gratiam mihi istam conce-  
 „ de, ut isti extremæ officii parti dignè inter-  
 „ sim, ad æternam tuam gloriam, atque ut  
 „ sancto fine totius diei actiones omnes con-  
 „ cludam. Virgo Sanctissima, tuus honor  
 „ bonam istius postremæ actionis partem  
 „ constituit, quoniam in ea majori cum so-  
 „ lemnitate laudes tuæ decantantur. Oro te,  
 „ tuis mihi intercessionibus ut assistas.

Spiritus actionis istius in eo est, ut ad noctis  
 nos quietem ita comparemus, atque crastinam  
 visuri diem si non essemus. Noxas nostras  
 dicendo *Confiteor* generatim agnoscimus:  
 Deo specialiter nos commendamus, præcipuè  
 dicendo: *In pace in idipsum dormiam & re-*  
*quiescam. In te, Domine, speravi &c. In manus*  
*tuas, Domine, commendo Spiritum meum.* In  
 Dei fidem ac tutelam nos committimus in  
 Psalmo: *Qui habitat, in Præsidium Ange-*  
 lorum

lorum bonorum nos recipimus versu illo. *Quoniam Angelis suis mandavit de te & sequentibus.* Canticum *Nunc dimittis* mortis nostrae nobis memoriam refricat. Solemni ritu cantamus Antiphonam *Salve regina* vel *Regina caeli*, Sacratissimam Dei matrem orantes, ut filium suum dilectissimum nobis ex isto vitae hujus exitio commigrantibus exhibeat, dicendo: *Et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exitium ostende.* Benedictionem à superiore accipimus, atque aqua lustrali conspergimur, ut armis istis propugnantibus adversum invisibilia inimicorum nostrorum insultus protegamur. Veruntamen majoris momenti magisque proficua nobis actio est examen conscientiae, quod hic à quibusdam, ab aliis ante dormitionem instituitur.

## CAPUT XXII.

*Examen conscientiae.*

**D**Ivinus Apostolus S. Paulus Author est, quod si nos metipfos accuratè dijudicaremus, severam Dei judicium effugeremus.

**1. Cor. II. 31.** *Si, inquit, nosmetipfos dijudicaremus, non utiq; judicaremur.* Si nos ipsi noxas nostras æquo supplicio castigaremus, timere porrò non haberemus, ut Deus illas ulciscatur, quoniam nemo bis punitur pro eodem delicto.

Hoc adversus nos ipsos judicium quovis vespere exercemus, atque in nos sententiam pronunciamus, ubi conscientiae examen instituimus. Cujus istud est emolumentum.

mentum, ut Religiosus, qui ipsum serio,  
& non obiter & ex usu duntaxat, institue-  
ret, citò perfectus evaderet. Etenim qua  
ratione fieri posset, ut ubi quis imperfectio-  
ni cupiam subjectum lese comperiret, ac  
Deo quotidie fore promitteret, ut illam  
corrigeret, quin insignem inde fructum re-  
portaret? Quomodo imperfectio ista altio-  
res radices ageret, si quis illam, qua pro-  
portione nasceretur, extirparet? Quis im-  
moderatæ cupiditati studeret, de qua usu ipso  
futurum nosset, ut rubore suffunderetur,  
& coram Deo ac iudice suo, cœnas daret?

*Exercitium istud quinque puncta  
complectitur.*

*Primum est*, ut meminerimus strictissimæ  
obligationis, quam contraximus cavendi pec-  
cata, atque ne Deo displiceamus, post tota  
tanta ab ipso percepta beneficia, veluti sunt  
ista, quod in gente Christiana ex parentibus  
nati sumus Catholicis, qui nos adeò studiosè  
instituerunt atque educarunt: quod è mundo,  
ubi nos ipsos perdituri eramus, educti fuen-  
mus: quod actione quadam divina etiam  
ipsum Angelorum meritum exuperante ( si  
sumus Sacerdotes ) ad altare sacrum accedi-  
mus: quod fortè eadem ipsa die per sacram  
communione ad mensam cœlestem admissi  
fuerimus: quod divina bonitate sumus hacten-  
us conservati: quod gratia à Deo quadam  
peculiari fuerimus cumulati.

*Alterum est*, ut cœli lumen imploremus,  
quo illustrati noxas nostras agnoscamus.

*Etenim*

Etenim absque illo cor nostrum abyssus est, cuius fundum penetrare non possumus, v. luti Jeremias Propheta capite decimo septimo fidem facit, ubi ait: *pravum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscerit illud?* in conscientiis nostris plicaturæ ac latebræ sunt adeò obscuræ & absconditæ, ut Deus dicat seipsum usurum candela, ut illas visitet atque agnoscat, atque si ipse rei ipsius exitum, qualem vellet, habere non posset, quin mutuato hoc lumine uteretur: *Servator* ait, *Jerusalem in lucernis.* Quod si quod jubat Spiritus Sancti in conscientias nostras illapsum non fuerit, nunquam in ipsis deprehendemus millenas occultas cupiditates ex proprio amore profectas, millenas vanas complacentias, millena supervacanea desideria, millenas animi levitates, millenos motus exacerbationis, suspicionum, temerariorum judiciorum, proximi contemptus, neque alios innumeros defectus nostros, ad eum modum, quo pulveris nubeculam aut atomorum in cubiculo volitantium multitudinem non percipimus, nisi ubi sol radios suos per fenestram infundit. Elevatio animi eo fine elicitata ista erit: *Istam, ô Domine, gratiam reliquis superadde universis, quas à te quamplurimas percepi, ut queam intelligere, qua in re hodie tibi displicuerim, atque ne ullum peccatorum meorum oblivione relinquam, quin à te de illo veniam petam, ac pro eo satis tibi faciam.* Etenim quis obsecro est, ô mi Deus, numerum suorum qui noverit peccato-

Jer. 17, 9.

Sophon. I.  
12.

De  
Oratio

catorum? Tu solus es, qui cordis mei, intima penetras, atque illa potes facere ut, cognoscam.

*Tertium*, quod fieri in examine debet, est studiosa disquisitio delictorum cogitationibus, verbis, operibus & omissionibus admissorum. Peccata quidem paulò notabiliora, ob eorum materiam, quasque infidelitate & contra conscientiarum nostrarum, quod revera jam adest, lumen noxas committimus, nullo omninò negotio cognoscemus. Ad reliqua verò, quæ ex ignorantia sive ex subreptione admittuntur, quod attinet, illa cognoscere poterimus: Primò examinando nos circa vitium, quod amplius ingenitum nobis esse non ignoramus, & à quo frequentius impugnari solemus, putà vanæ gloriæ, loquacitatis, iracundiæ sive indignationis, tristitiæ, in precibus aliisve exercitiis (spiritualibus ignaviæ, &c.

Ad hæc in memoriam reducere debemus,

1. Loca, in quibus fuimus.
2. Homines, quibuscum conversati fuimus.
3. Actiones, quas de hora in horam à primo diluculo fecimus.
4. Utrum illas cum omnibus requisitis perfecimus circumstantiis.
5. Qua ratione linguâ, oculis ac reliquis nostris sensibus usi fuimus.
6. Utrum cum aliqua sensualitate, vel extra horas consuetas aut Refectorium comederimus ac biberimus.
7. Utrum interiùs in præsentia Dei semper extiterimus,

8. Utrum

8. Utrum opus quodpiam ab obedientia nobis injunctum omiserimus.

9. Utrum aliquas declinaverimus mortificationum occasiones,

10. Utrum in re quapiam deliquerimus contra charitatem,

11. Quomodo divinum officium, sacrum, aliasque res ad Dei cultum, ac Religionis virtutem pertinentes expleverimus.

12. Utrum aliquid admiserimus, quo proximo offendiculo, sæcularibus scandalo aut fratribus nostris perverso fuerimus exemplo.

*Quartum* punctum est actus contritionis, hac aut alia haud abſimili elicti ratione:

„ Dominus meus ac Deus meus, veniam te  
 „ oro meæ nimie ingratitude, qua pro gra-  
 „ tiis à divina Majestate tua mihi collatis tibi  
 „ præter offensas & ignominias nihil retulit.  
 „ Mei continuo tu recordaris, ac tui identi-  
 „ dem ego obliviscor. Tu me amore proſe-  
 „ queris, & ego amorem hunc tuum, uti de-  
 „ berem, non agnosco, quin potius incessanter  
 „ te offendo. Prò me infelicem & infide-  
 „ lem peccatorem! quis me tot ac tantis im-  
 „ becillitatibus atque ista corruptione libera-  
 „ bit? Ad alium neminem, præter te ipsum,  
 „ mi Deus, cujus misericordiarum non est  
 „ numerus, confugere possum aut debeo. Ve-  
 „ rum toties in hujusmodi tu materia mihi  
 „ ignovisti, ut jam coram tua divina Majesta-  
 „ te comparere erubescam. Nihilominus  
 „ in illa, Domine, de bonitate tua, quæ ad  
 „ ignoscendum copiosior est, quàm sit mea in  
 „ te offendendo perversitas, fiducia omnia pec-

pecca  
male  
forna  
comb  
næpu  
perda  
lis, E  
mea  
nitate  
dolec  
odio  
execr  
quale  
jestat  
ergo,  
miser  
nem  
effud  
te ob  
Q  
prop  
Hoc  
ctus  
quod  
posit  
ne it  
mur  
E  
mus  
cora  
Qua  
mag  
re ex  
excu  
pec-

De  
Oratio



quas admitti videmus. Sedenim perspicuum est, ea, quæ in aliis culpamus, in nobis ipsis haud minus esse vituperanda & accusanda.

Illas ut corrigamus utilissimum est, ut earum causam penetremus, & veram earum scaturiginem agnoscamus, remedium ut adhibeamus. Ad hæc prævideamus oportet, quæ deinceps occurrere nobis poterunt relabendi occasiones, omninoque in illis nobis advigilare constituamus.

## CAPUT XXIII.

*De Dormitione.*

**D**irectio Complectitur actus fidei, spei, Charitatis, gratiarum actionis, oblationis ac petitionum, secundum actum contritionis, quem in examine elicuimus, ad similitudinem eorum, quos moribundi ut eliciant, admovere solemus. Formulam en adjungo.

» Domine Deus meus misera corporum  
 » nostrorum in hac vita conditio & obedientia  
 » me astringunt, ut cubitum eam, & somno  
 » ac quieti me tradam. Opto, mi Deus, ut  
 » somnus hic meus tibi sit acceptus in unione  
 » illius, quem capiebat Dominus noster  
 » Christus Jesus, in terris dum ageret, vi quo-  
 » que affectionis illius, qua teneor impræ-  
 » sentiarum, te laudandi, teque amandi toties  
 » quoties respirabo

*Actus fidei.*

Te agnosco, te confiteor, teque Deum  
 meum

meum adoro, gloriando de meo baptismo, eaque felicitate, qua Sanctum nomen tuum agnosco, quodque Christianus, & Ecclesiæ tuæ filius existam, in cuius fide vivere ac mori desidero

*Actus spei.*

Tuæ me tutelæ omninò committo, ea spe fretus, fore, ut quoniam amantissimus æquè atque omnipotens pater meus es, salutis meæ, quam sincerè multoque ampliùs, quam à me ipso, desiderari à te scio, curam habeas. Tot ac tantæ gratiæ, quas hucusque impertitus mihi fuisti, quantumvis permagnæ infidelitates & continuæ meæ in tuo servitio ignaviæ obstere potuissent, sperare me jubent futurum, ut etiam deinceps me nunquam derelinquas. Etenim si ea bonitate fuisti, ut me quæreres, atque ad servitium tuum invitares, ubi de te vel nullo modo vel certè valde parum cogitabam, qua modò ratione me derelinqueres, quando in perpetuum totus esse tuus, tibi que in omnibus placere desidero?

*Actus Charitatis.*

Nihil deinceps amabo, nisi te, atque præter te si quid amem, uti sunt dona & gratiæ tuæ, nolo, hoc ut fiat, nisi solummodo propter te. Te meliùs & ampliùs ut amem, odio habebò me ipsum. Tuo me omninò servitio novo animo, novoque consilio devoveo, voloque, ut tu in perpetuum sis omnium desideriorum meorum incitamentum ac finis omnium actionum mearum. Quia tu Deus meus es, quem

quem summo, imo infinito, loco habeo, atque alia omnia à te, Domine, tecum comparata instar stercoreis mihi esse videntur aspernanda. Tu enim pater meus es, tu meus creator, conservator, Redemptor, perpetuus benefactor & omnia.

*Gratiarum actio.*

Humillimas grates tibi ago, quod feceris, ut existerem, quando non eram, quodque animam mihi dederis te agnoscendi, te amandi, teque in felici æternitate fruendi capacem. Gratias tibi ago, quod me in regione Christiana è Catholicis nasci fecisti parentibus, quibus & bonas illas cogitationes, quas de mea proba educatione atque ad studia promotione habuerunt, inspirasti,

Gratias ago tibi, quod tum me etiam toleraveris, quando te offendebam, neque moti me permiseris, quando in malo statu eram, quodque me ad pœnitentiam expectaveris. Gratias ago tibi de gratia vocationis meæ ad Religionem, de tot bonis, quas in ea habeo, institutionibus, de tot bonis, quæ indies conspicio, exemplis, totque valentissimis, quas ibi invenio, salutis meæ ac perfectionis acquirendæ atque obtinendæ rationibus.

*Pro beneficiis peculiaribus.*

Gratias etiam per maximas ac perquam humillimas ago speciatim, quod hodierna luce mihi misero servulo tuo temetipsum in sacra Communione dederis, aut quod talem vel talem motum interiorem in me excitaveris, quod à tali vel tali immoderata cupiditate, cuius occasio præsens aderat, atque ad quam incitabar, liberaveris &c.

*Ob-*

*Oblatio.*

Intimo quo possum sensu & affectione offero tibi animam meam cum omnibus facultatibus meis, corpus meum cum omnibus membris & organis suis, ut tuo impendantur servitio. Horæ illæ, quas dormiendo consumam, vires meas reficient, ut majori ad te laudandum cum dispositione è somno resurgam. Interea verò somnum dum cepero, intentione atque affectione me illis, qui in cælo te colaudant, conjungo.

Insuper offero tibi infinita merita Domini nostri Jesu Christi, illiusque profundas quas tibi tum reddidit adorationes, quando noctes in montibus orando transigebat. Denique offero tibi tuam propriam gloriam, quam possides ab æterno atque absque ulla diminutione in perpetuas æternitates possidebis.

*Petitiones.*

Oro te, somnum tranquillum ut mihi indulgeas, gratiamque ferventer ad canendas laudes tuas surgendi concedas. Jam nunc improbo, abduco ac rejicio perverſas cogitationes omnes, Cacodæmonum hostium nostrorum malitiâ mihi forsitan quæ possent occurrere, ac fore protestor, nullum omnino illis consensum ut præbeam.

*Commendatio ad Beatissimam Virginem, S. Josephum, Angelum tutelarem ac reliquos Patronos.*

Virgo Sanctissima, Mater & Patrona mea amantissima, tuque gloriosissime Sancte Joseph, vestrâ mihi nocte ista ac toto vitæ meæ decursu adeste tutelâ.

H h 3 An

Angele mi Tutelaris, tu quoque mihi assiste, ut omnia dæmoniorum adversum me eludas molimina. Et vos amantissimi Patroni mei N. N. vestris intercessionibus misello huic servulo vestro opem ferte. Amen.

Decumbendo cogitemus 1. Ad futuram aliquando diem illam, qua decumbemus, nullo unquam tempore resurrecturi. 2. Confundamur & erubescamus, quod commodè decumbamus, & cooperti simus, ubi sancti sæpe sæpius in gelida humo cubabant. 3. Consideremus nos, ubi ita commodè agimus, non videri nomine dignos esse servorum Jesu Christi, qui in hoc mundo non habebat, ubi vel caput suum reclinaret, velut ipse aliquando ait: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos. Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.*

Luc. 9. 53.

Quod si quando noctu expergiscamur, devotam ad Deum eiaculabimur aliquam aspirationem. Atque si animus forte somno obrutus formare nullam potest, satis erit dicere: *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.* Inde rursus obdormire connitemur. En omnes actiones diei totius, nunc paucis etiam acturi sumus de illis, quas quandoque in hebdomada, sive etiam temporibus facere solemus indeterminatis.

#### CAPUT XXIV.

*Quomodo interioris constitutionis reddenda sit ratio.*

**C**onventus superior, sive Pater Spiritualis nobis

nobis est loco Dei, ut ab ipso recipiamus in  
tristitia solatium, in laboribus animum, lumen  
in dubiis, & in tentationibus nostris auxi-  
lium. Ille, qui interioris constitutionis suæ  
rationem, ut ritè deducatur, non reddit, vel  
nimium de se ipso præsumit, vel de profectu  
suo spiritali exiguam curam habet. Corda  
nostra aperire debemus Directori nostro,  
atque si ipsi Deo aperiremus: maximi etenim  
sancti in quibusvis occasionibus, quoad in  
hoc mundo vixerunt, præsentius neutiquam  
reperere solatium.

Hac via securè, quin à scopo aberremus, in  
cæli itinere ambulamus, neque enim falli  
possumus aut errare, illius ubi morem con-  
siliis gerimus.

Diabolicæ tentationes ad primum gres-  
sum, quem facimus, ut illas detegamus, dissi-  
pantur & evanescent: & superbissimus ille  
noster Adversarius omnem tentandi nos cu-  
pidinem amittit, quamprimum infantili qua-  
dam simplicitate ei palam facimus futurum,  
ut Patri nostro Spiritali rem totam aperia-  
mus. Ita ipsa natura infantes, sive parvulos  
pueros edocuit, ut pro magna, quam habent  
in parentes suos, fiducia illis omnibus, qui  
mali quid ipsis inferre moliuntur, minentur  
fore, ut dicant patri suo, quo facto securissi-  
mos jam esse sese existimant.

Candida ac sincera hæc difficultatum sive  
molestiarum, atque interioris constitutionis  
nostræ declaratio magnam nobis pacem at-  
que internam conciliat suavitatem. Quod si  
verò e contrariò Cacodæmon persuadere no-

bis posset eorum occultationem, perpetuas nobis perturbationis præberet materias, atque demum omnino nos perderet.

„ *Directio.* Domine Deus meus, Pater celestis, qui mihi, velut filio tuo, de sapiente Magistro, ac vero Patre in persona Superioris vel Directoris mei prospexisti, qui vices tuas obit, atque in quo vis proinde te ipsum ut agnoscam, veluti reverà persuasum mihi habeo, esse te, per os illius mihi qui loqueris; Gratiã istam te oro, ut omnem interiorum meam dispositionem ea ipsi ratione aperiam, ut lumina ab ipso & monita atque consilia, quæ mihi pro meo profectu spirituali fuerint necessaria, recipiam. Obsecro te, Domine, ut cohibeas & confundas per-versa Dæmonum, inimicorum meorum, molimina, ne fortè animum meum perturbent, aut mihi persuadeant, ut non sine magna jactura mea aliquod conscientiæ meæ arcanum ipsum celem, aut quadam ei dissimulatione occultem. Te etiam, Virgo Sacratissima, oro, hanc mihi gratiam ut obtineas.

Ampliores ac faciliorem interiorum tuam dispositionem disquirendi atque aperiendi methodum, quam alibi reperies, brevitate ergo hinc prætermitto.

Interior constitutio illius, qui hac ratione manifestare arcana animi sui cupit, consistit in eo, ut Deum oret, ut Directori suo ea, quæ ipsi necessaria magis fuerint, inspiret. 2. Ut ita illum amet, ut candidè omnes suos illi defectus aperiat, ut ea ratione superbiam suam deprimat,

De  
Oratio

mat, ac secretæ de se ipso præsumptioni me-  
deatur. 3. Ne nimia familiaritas cum ipso in-  
tercedat, neve ea ratione faciat, ut supervaca-  
neis sermonibus tempus inutiliter transiga-  
tur. 4. Ut ea, quæ ille semel ipsi dixerit, stu-  
diosius animadvertat, ut alia illa ei in occasio-  
ne deserviant.

## CAPUT XXV.

*De defectuum in Capitulo, si ve cul-  
parum exercitio correctione.*

**P**ER humilem culparum ac noxarum no-  
strarum coram Superioribus nostris accu-  
sationem, & amicam, quam ab ipsis recipi-  
mus correctionem, Diabolus uno horæ qua-  
drante amittit, integra de nobis hebdomada  
quidquid lucri reportaverit. Verùm insignem  
de nobis referret victoriam, si illas agnoscere  
ac fateri cùm deberemus, eas ut occultare-  
mus, aut defendere satageremus, persuaderet:  
atque ea ratione nos in periculosum omnino-  
que infelicem in immortificationibus nostris  
obstinationis statum reduceret, sicque demum  
laberemur in incorrigibilitatem, quæ ultra o-  
mnem modum reformidanda est Religiosis,  
quia certissimum iter est ad æternam con-  
demnationem.

Porrò fructus ejusmodi humilis noxarum  
accusationis omnino eximii sunt. Etenim  
ubi ipsas coram Fratribus nostris ipsi condem-  
namus, eas abolemus, animas nostras purga-  
mus, perversum, quod dedimus, reparamus  
exemplum, satis justitiæ divinæ facimus, con-

H h 5 fusio-

fusionem, quam ob illas in divino iudicio subire haberemus, effugimus, in vera humilitate ac sancto nostrimetipsorum despectu proficimus: Disciplinam Religiosam servamus, atque ipsam Religionem, in statum deteriorum ne prolabatur, impedimus, quia vel minimæ noxæ radices in illa nullas agere poterat, quando absque correctione non remanebunt. Quin & ipsa natura, quam pudet scæpius apparere imperfectam, non audebit in posterum in easdem noxas relabi, quia in publico porrò confundi timebit.

„ *Directio.* Ecce hic locus est, Domine, in  
 „ quo superior noster *vel* Director noster no-  
 „ xarum nostrarum cognitionem habet insti-  
 „ tuere, illas ut corrigat, oro te, hanc mihi gra-  
 „ tiam ut concedas, ut humiliter accipiam,  
 „ quæ mihi daturus est monita atque consilia,  
 „ patienter feram quam erga me exercebit  
 „ correctionem, atque exactè adimpleam,  
 „ quam mihi injunget pœnitentiam, tam pro  
 „ noxis meis satis ut faciam, quàm ut offen-  
 „ diculum ac perversum, quod fratribus meis  
 „ præbui, exemplum resarciam. Virgo San-  
 „ ctissima, præsidem, oro, agas hujus congrega-  
 „ tionis, ut omnes ritè de nostris admoniti  
 „ erratis sancti ordinis tui ad finem usque  
 „ mundi splendorem servemus ac vigorem,  
 „ Amen.

*Sententiæ ex sacris literis accuratè  
 consideranda.*

Eccli. 10.  
28.

Prov. 9. 8.

6. 15. 10.

*Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus.*

*Argue sapientem & diliget te.*

Qui

*Qui increpationes odit, morietur.* c. 15. 10.

*Viro, qui corripientem dura cervice contem-  
nit, repentinus ei supervenet interitus.* c. 29. 1.

*Meliora sunt vulnera diligentis, quam frau-  
dulenta oscula odientis.* c. 27. 6.

*Plus proficit correptio apud prudentem, quam  
centum plagæ apud stultum.* c. 17. 10.

*Devotæ affectiones.*

*Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, ps. 118. 71.  
ut discam justificationes tuas.*

*Letati sumus pro diebus, quibus nos humi-  
liasti: annis quibus vidimus mala.* 89. 15.

*Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus,  
non recepi.* Job. 33. 27.

*Da, Domine, servo tuo cor docile.* 3. Reg. 3. 9.

*Anima irreverenti & infrunitæ ne tradas me.* Eccli. 23. 6.

In quibusdam Majoribus anni festivitati-  
bus superior, qui audiat culpas, generalem  
impertitur absolutionem, pro qua ritè perci-  
pienda interius quis dicere poterit: Hodie  
Domine, omnes præteritas noxas meas per-  
petua sepelire vis oblivione. Gratiam mihi,  
obsecro quoque istam concede, in illas ullo  
unquam ut tempore ne relabar, ut in Ordi-  
nis ac Religionis & sacrarum legum custo-  
diam exactiùs ac diligentius incumbam, &  
Fratribus meis exemplo meliori præluceam.  
Hanc gratiam, Virgo Sacratissima, tua mihi  
intercessione concedendam confido.

CAPUT XXVI.

*Humiliationes ac Mortificationes ali-  
bi quam in capitulo subeunda.*

**S**uperiores ac vitæ spiritualis Magistri, ex-  
per-

peritissimorum instar Medicorum, vitiorum, quæ plagæ sunt animarum, curandorum ergo, diversas Religiosis solent suis injungere mortificationes, veluti morbis, quibus cupiunt mederi, utilissima admodumque salutaria remedia.

Ut propriam, quam de se habent, deprimant existimationem, ac superbiæ in illis curent tumorem, verbis acrioribus, quæque eorum superbiæ frangere, atque aliquam inferre despicientiam queant, noxas illis suas ob oculos proponunt. Palam exprobrant illis ea, quæ in occulto ipsi fecerunt, illos pudore ac rubore ut afficiant. Aliorum etiam subinde noxas illis imputant, atque illas quandoque, ex se modicæ quæ fuerunt, certarum illas aggravantium circumstantiarum enumeratione exaggerant.

Verbis utuntur hujusmodi, ut illos aspernari, ac despiciatui habere videantur, permitiendo etiam aliquando, diutius ut genuflexi persistant, quin illis ipsi quippiam respondeant, sæpe improvisos, nilque minus opinantes intercipiunt, atque etiam illis ipsis in rebus, quas optimè à se factas illi existimabant, inveniunt, quæ reprehendant, quin ullam audire vel admittere velint explicationem aut excusationem.

Humiliationes hujusmodi totidem sunt plagæ lethales superbiæ atque existimationis, quam de sua quisque concepit capacitate, si modò Religiosus, cui illæ injunguntur, animo eas humili & compuncto accipiat, ac sinceram habeat illis mediantibus concipiendi con-

tem.

temptus suimetipsum intentionem, Illæ etiam nos disponunt ad patienter pro re nata sufferendas injurias nobis forte fortunâ à quopiam sæcularium irrogatas, sensim etiam magnos animos nobis inspirant, ut heroica quæque opera, ad majorem Dei gloriam, aut animarum salutem quæ conducant, aggredi ac perferre non formidemus.

Spiritus, quo eas recipiamus oportet, consistit in eo. 1. Ut illas non consideremus, quasi rem quampiam in Religione usitatam, cui proinde se quisque ex mera consuetudine subiciat. 2. Ut simus à partibus Superioris, animum nostrum elevando cum affectu in Deum, ut omnibus arrogantis atque humiliationum impatientis naturæ nostræ reflexionibus viam præcludamus.

*Actus interiores.*

1. Etiam, Domine, revera grato animo accipio, quidquid dicitur mihi, plura etenim etiam pro meritis sum.

2. Volo, Domine, cum silentio perferre hanc confusionem atque opprobrium istud, ex illo quo te prosequor amore, atque ut vel in modico gradu mereat esse conformis sacratissimæ Humanitati Salvatoris mei Christi Jesu, qui quantum vis Deus, & quantum vis Agnus innocentissimus esset, accusationibus atque injuriis opprimi voluit, quin vel unico sese verbo tueretur.

3. Qua in re, Domine, monstrabo servum tuum me esse, nisi in istis occasionibus? Hæc etenim gloria, hæc divitiæ sunt eorum, qui te sequuntur.

4. Eia, anima mea, ex intimo animi sensu

reci-

„ recipiamus hanc mortificationem , neque  
 „ illius degustare amaritudinem detractemus :  
 „ etsi enim ex se ipsa illa nobis displiceat , at-  
 „ tamen quia venit à Deo , nobis placeat est  
 „ omnino necesse.

„ 5. Toties à Divina Majestate petiisti , ali-  
 „ quid pati ut posses ; Quinimò desiderium  
 „ habuisti , ut , ubi minimè omnium cogitares ,  
 „ acerbissimo quodam afficereris dolore , ut  
 „ inde intelligeres , num vel modicum quid  
 „ veræ tibi esset virtutis , En adest jam occa-  
 „ sio. Noli , quæso , quod aliquando optasti ,  
 „ modò repudiare. Animadverte jam , num  
 „ absque ulla ad te ipsum , aut ad ea , quæ tibi  
 „ eveniunt , reflexione , contenta atque corde  
 „ pacato atque animo tranquillo remaneas.

„ 6. Ah ! cupio omninò , Domine , & asse-  
 „ ctior , ut ea ratione despiciar & vituperer , tibi  
 „ duntaxat ut placeam , atque actionem mea  
 „ dignam vocatione ac professione exerceam ,  
 „ Imprime , Domine , animo meo sanctum  
 „ meimetipsum contemptum atq ; ut illum ad  
 „ mortem usque conservem , mihi concede ,

## CAPUT XXVII.

*Interius circa quasdam humiliations  
 ac mortificationes exteriores  
 exercitium.*

**H**Umiliationum istarum usus ad arro-  
 gantem naturam abiectioni assuefa-  
 ciendam atque altissimam humilitatis virtu-  
 tem acquirendam utilissimus est , neq ; etiam  
 minùs conducit ad hoc , ut illi firmiter insista-  
 mus ,

mus, illiusque intermissio id efficeret, ut natura immortificatior ac domitura impatientior, quàm unquam fuisset, evaderet. Illæ exempli causa consistunt in pedum aliorum Religiosorum in Refectorio existentium deoscultatione, in eo quod quis se humi prosternat, aliorum ut pedibus conculcetur, preces aliquas, brachiis in formam crucis expansis, persolvat, flexis genibus prandium sumat, illud de mensa in mensam emendicet, & alia similia faciat.

### *I. Exosculando pedes Religiosorum.*

In animo nostro magnam æstimationem magnumq; cujuslibet Religiosi amorem concipimus. Deinde nobis proponimus Christum Jesum Dominum nostrum, qui maxima humilitate abluit atque etiam exosculatus est suorum pedes Apostolorum. Illi ergo nos conformando dicemus :

1. Per magna, Domine, cum æquitate, neque minùs sincera affectione ad boni istius Religiosi, qui titulo servi tui dignatus est, pedes me prosterno.

2. Ista submissione palam testificari volo, dignum me non esse, ut terram, quam ille calcavit, exosculer.

3. Ecce, Domine, ex justis tuis unus hic est, quem cœlesti gloriæ prædestinasti : æquissimum ergo est, ut ego miserimus peccator pedibus ipsius me substernam.

4. Infelix ego superbiâ cæterisq; peccatis meis commerui, ut ipsi Dæmones pedibus me proculcent, saltem ergo terrestrium istorum Angelorum pedibus me substernam.

5. Ubi

» 5. Ubi Dominum nostrum Christum Je-  
 » sum Regem gloriæ ad pedes suorum pro-  
 » stratum mihi propono Apostolorum, ne-  
 » scio quam interiorum in ipsius imitando ex-  
 » emplo suavitatem perlentisco.

» 6. Neutiquam profectò, actus humilita-  
 » tishic non est, quem exerceo, in illo etenim  
 » Dominus noster magnam reliquit glo-  
 » riam, ubi illum exercuit.

» 7. Saltem qualicumque hac abiectione re-  
 » sarciam tot vanitates ac superbias, quas ha-  
 » ctenus præmetuli.

» 8. Da mihi, Domine, etiam profundiorum  
 » abiectionis meæ sensum. Hanc etenim  
 » actionem clara ac perfecta indignitatis meæ  
 » cum agnitione perficere omninò percupe-  
 » rem.

» 9. Age, anima mea, sollicitè caveamus, ne  
 » hac ipsa humilitatis in actione vanæ gloriæ  
 » locum demus. Humilitatem humiliter ex-  
 »erceamus, revera viles nos & contemptibi-  
 » les existimantes.

Interiùs etiam in animo convertere nos  
 possamus ad Religiosum, cujus pedes exoscu-  
 lamur, honorando in ipso aliquam specialem  
 virtutem, cujus in corde nostro aliquam pe-  
 tamus participationem hac ratione;

» Optime mi Religiose, utinam imitari  
 » queam tuas virtutes, ac speciatim hanc vel  
 » illam, quâ bono potissimum es mihi exem-  
 » plo, tua v.g. Humilitate, tua modestia, tua  
 » charitate, tua oratione, tua austeritate &c.  
 » quam in te hîc honoro.

2. Humi

2. *Humi se prosternendo, ut pedibus quis  
aliorum proculcetur.*

Actum hunc exercemus in spiritu pœnitentiæ & humilitatis, agnoscentes, reverà mereri nos, ut omnium omninò hominum pedibus conculcemur, tanquam peccatores, inimici Dei, atque adversùm illius auctoritatem temeraria ac malitiosa mandatorum ipsius toties repetita transgressione perduelles.

1. "I humiliationes, mi Deus, repudiationes, contemptus: hæc sunt, quæ meretur hic peccator, qui toties injurià te affecit.

2. "Te ubi offendebam, creaturæ tam inanimæ, quã animatæ adversùm me erigere se debuissent universæ, at illas tu misericorditer præpedivisti. Eam personam hic induo, pedibus omnium, quotquot voluerint, proterti ut libentissimè sustineam atque id ipsi si facerent, meis longè demeritis minus hoc esset.

3. *Brachia in formam crucis expandendo.*

Christum Jesum Dominum nostrum Crucifixum intimo animi sensu honorare cogitamus, veluti exterius situs noster illum nobis repræsentat. Re ipsa quoque palam contestamur, constitutum esse nobis vitam ducere crucifixam, mundo mortuam, atque omninò à nobismetipsis abdicatam, ad vivam ipsius Salvatoris nostri imitationem, dicentes cum sancto Paulo Apostolo:

- Gal. 2. 19. Christo confixus sum cruci.  
 Rom. 6. 6. Vetus noster homo simul crucifixus est, ut  
 destruat<sup>ur</sup> corpus peccati.  
 Gal. 5. 24. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixe-  
 runt cum vitiis & concupiscentiis.  
 c. 6. 14. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo.  
 ibidem. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini no-  
 stri Iesu Christi.

4. Genibus humi positus cibum sumendo  
 istos quis eliciet actus in-  
 teriores.

1. Verissimum est, Domine, neque possum  
 inficiari, sed re ipsa testatum facio, non esse  
 me dignum, ut simul cum Fratribus meis  
 mensæ accumbam; Illi enim & filii & fide-  
 les sunt servi tui, ego verò sum tuis ingratus  
 beneficiis atque adversus sanctissimas volun-  
 tates tuas rebellis.,,

2. Eheu, Domine Deus! non modò isto  
 in statu nimis bene est mihi, verùm etiam ob  
 infinita peccata, ingrattudines, ac negligen-  
 tias meas omnium pedibus substerni deberè.,

3. Pœnitentiâ istâ indignitatem meam pa-  
 lam contestor. Libens acquiesco, ut instar  
 servi inutilis, quem solâ quis miseratione do-  
 mi suæ tolerat, repudiet ac rejiciat.,,

4. Patiamur, anima mea, ut semper hac  
 habeamur ratione atque instar inutilis, ne-  
 gligentis ac ignavi servi, seorsim ab aliis re-  
 linquamur. Veros ac genuinos mihi, Domi-  
 ne, miseriarum, indignitatis ac nihili mei sen-  
 sus indulge, mihi que magis ac magis notum  
 fac, quantum contemni promereat.,,

§. Ele-

5. " Electorum aliquando adscribi societati  
 " merear, quoniam meam modò agnoscens  
 " indignitatem assentior, ut è numero, ordi-  
 " ne, ac loco istorum Dei famulorum exclu-  
 " dat.

5. *Cibum in modum stipis de mensa in  
 mensam mendicando.*

1. " Tui, Domine, imitandi, tuæ honoran-  
 " dæ paupertatis causâ hunc humilitatis actum  
 " exerceo.

2. " Recordare, anima mea, Dei Filium,  
 " Rex cœli cum esset, tui amore factum esse  
 " egenum.

3. " O sanctam paupertatem, cujus stu-  
 " dium Dei Filium in terram è cœlo descende-  
 " re fecit!

4. " Eleemosynam, amantissime Jesu, à  
 " tuis tu recipere voluisti creaturis, cum omni-  
 " um rerum Dominus esses. Gaudeo, istâ a-  
 " ctione imitari te quod possim.

5. " Tibi panis in tuis necessitatibus sem-  
 " per non fuit donatus, quia fame aliquando  
 " laborasti: Potus tibi in siti tua in cruce fuit  
 " denegatus, & neutrum mihi denegatur,  
 " quod tamen optarem ut fieret, ut eâ ratione  
 " te perfectiùs imitarem.

6. *Formula agnitionis culparum nostrarum,  
 sive alterius protestationis publicè  
 faciendæ.*

" Mi Deus, coram te, sanctis Angelis tuis,  
 " & coram hoc sancto conventu agnosco,  
 " confiteor, accuso ac doleo negligentias atq;

infidelitates in tuo servitio hucusque admis-  
 fas. Firmiter tibi promitto, futurum, ut  
 mihi studiosius advigilem, Fratribus meis  
 exemplo meliori præluceam, mihi ipsi ma-  
 jorem violentiam adhibeam, atque imposte-  
 rum mortificationi, aut obedientiæ, aut hu-  
 militati, aut solitudini, aut charitati, aut ora-  
 tioni (*juxta majorem defectum, quem in*  
*seipso agnoscit*) tuâ gratiâ mediante amplius  
 studeam. Reverendi Patres & charissimi  
 Fratres; veniam à vobis peto mali exempli,  
 quod sanctæ huic domui præbui, & rogo  
 vos, ut vestris mihi precibus opem feratis,

## CAPUT XXIIIX.

*Disciplinæ sive Flagellationes.*

**R**eligio conventus est pœnitentium volun-  
 tatorum, tam ob propria sua quàm alie-  
 na hominum mundanorum peccata se affli-  
 gentium. Austeritas majorem constituit hu-  
 jus sancti status exercitiorum parrem, tam quo-  
 ad illos, qui illum in sua ingressi sunt inno-  
 centia, quàm alios. Sunt austeritates, quas  
 quilibet cum suorum licentia superiorum exer-  
 cet privatim: sunt etiam aliæ, quæ exercentur  
 in communi, è quibus maximè ordinaria est  
 disciplina.

*Directio.*

Domine Deus infinitæ Majestatis, mille  
 modis te ego in quibusvis mei corporis  
 membris offendi: jam nunc tibi ac tuæ ju-  
 stitiæ

“ stitiæ aliquâ satis volo facere ratione. Rogo  
 “ te, ut acceptam habere digneris pœnitenti-  
 “ am istam, sicut illam tibi offero in unione  
 “ passionis & flagellationis atrocissimæ Do-  
 “ mini nostri. Virgo sanctissima, te etiam oro,  
 “ ut meam hic velis agere Advocatam.

Spiritus pœnitentiæ istius in eo consistit, ut  
 nobis ob oculos proponamus Dominum no-  
 strum columnæ alligatum, cupiamusque ali-  
 quid in illius pati societate.

Adhæc in eo positus est, ut ita ictuum sensui  
 non intendamus, quin simul ad versiculos Psal-  
 mi *Miserere* advertamus.

Ut nobis in ea actione ne parcamus, actus  
 efformare poterimus sequentes.

1. “ Supplicia ego pro meritis fui Inferni, &  
 “ tu, Domine, contentus es perexilibus hisce  
 “ voluntariis afflictionibus.

2. “ Eja, anima mea, generosè sufferamus:  
 “ Corpus hoc Deo rebelle, & nostrum capi-  
 “ talem inimicum affligamus.

3. “ Pœnitentia ista permagni est emolu-  
 “ menti, quoniam per illam bonam partem  
 “ nostri debiti ob nostra peccata contracti ex-  
 “ olvimus.

4. “ Utinam istis ictibus carnis meæ re-  
 “ bellionem. illiusque vitia adversus spiritum  
 “ possem comprimere!

5. “ Dolorem & afflictionem huic sensua-  
 “ li; pœnitentiam & confusionem huic ho-  
 “ mini voluptuoso.

6. “ Prô! quàm absum procul à Martyri-  
 “ bus, qui magnâ constantiâ excoriari se sine-  
 “ bant!

7. Aliquid, age, doloris hic sustineamus, ,,  
Paulisper hic, anima mea & corpus meum, ,,  
in societate Jesu Christi patiamur. ,,

8. Volo, Magister meus ac Dominus me- ,,  
us, volo, inquam, in hac occasione saltem ,,  
à longè ineffabilem patientiam & constan- ,,  
tiam tuam, tum exhibitam, ubi cruentos ac ,,  
sævos à tortoribus tuis ictus excipiebas, imi- ,,  
tari. ,,

Quando noxæ alicujus expiandæ causâ, in  
publico, sive in Refectorio, sive in Capitulo  
flagellis se cedere quis habet, directio ista  
erit.

Jam nunc, Domine Deus, in conspectu to- ,,  
tius communitatis istius videri cupio, reve- ,,  
rà qui sum, peccator ac sanctissimis tuis re- ,,  
bellis mandatis. Gratiâ mihi concede, ut ,,  
pœnam istam genuino subeam compunctio- ,,  
nis sensu, neque hic ullâ mihi metipsi parcâ ,,  
ratione: Utinam id cedat in meorum remis- ,,  
sionem peccatorum, mulctam honorariam, ,,  
ac debitam, quam tuæ exhibeo Majestati, sa- ,,  
tisfactionem. Virgo sacratissima, tuâ mihi ,,  
opem ferto intercessione. ,,

## CAPUT XXIX.

### *De Colloquio Spirituali.*

**R**eligio perfectionis Schola est, ubi divinæ  
studemus Philopiæ, non quidem ut alter  
cum altero disputet, sed ut piorum sensuum  
nostrorum communicatione invicem ad virtu-  
tum extimulemus exercitium.

Est

Est etiam veluti conventus Mercatorum pro æternitate negotiantium, ac cœlestes veritates, veluti totidem gemmas pretiosas, quærentium, sicut Evangelica fert parabola: *Simile est Regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.* Matt. 13. 45.

Veluti ergò hujus sæculi mercatores, quibus ingens est lucri faciendi desiderium, libenter ac liberè ad ea loca se conferunt, ubi aliquid addiscere queant, quod ipsorum negotiationem promoveat, ubi vili pretio merces emuntur & magno venduntur: ita boni Religiosi esse si voluerimus, in perdiscendis altioris perfectionis consequendæ, atque opum nostrarum spiritualium, putà virtutum, amplificandarum rationibus mira quædam nobis suavitas ac delectatio erit. Hoc fit colloquiis & collationibus spiritualibus.

*Directio.*

“ Domine Jesu Christe, qui verus es perfectionis Magister, ecce ut pusillus discipulus tuus ad cœlestem Scholã tuam me confero.  
 “ Da mihi, rogo te, istam gratiam, ut illic addiscam ac memoriã retineam bonos animi sensus ac sententias Fratrum meorum, nec non quæ mihi suggerentur in virtutibus proficiendi rationes. Virgo gloriosissima, obtine mihi hanc gratiam.

Spiritus actionis istius consistit in eo, ut sincero proficiendi teneamur desiderio, ut magnâ cum humilitate nostra dubia proponamus absque ulla de ignorantia nostra concepta verecundia, ut, ubi interrogati fuerimus, simpliciter respondeamus, quin ulli verborum apparui

Latui studeamus, aut prædere velimus nostri acumen ingenii, quæ plerumque omnem cordis devotionem exiccant, ac tabescere faciunt; ac denique ut graviter ac seriò illic nos geramus, quantumvis aliquando ex nativa & candida naturæ astutiarum, atque à ratione dissentaneorum obrentuum, sive, ut vocant, prætextuum, quibus utitur, mortificationem ut subterfugiat, recensione ad risum provocari possemus.

## CAPUT XXX.

*De audienda concione.**Directio.*

**S**piritus sancte, qui Doctor es Ecclesiæ de cælo à Domino nostro Jesu Christo missus, ut æternas nobis suggereres veritates, cor, obsecro te, meum ad verba vitæ, quæ per Prædicatorem, tanquam organum tuum, prolaturus es, ita accipienda compone, ut cæli fructus producam. Virgo gloriosissima, quæ Verbum divinum concepisti, ac mundo dedisti, id age, ut ego verbum Dei convenienti jam devotione accipiam.

Interior dispositio in eo sita erit, ut 1. Prædicatorem consideremus veluti Prophetam, aut veluti Oratorem à Rege cælesti nobis ad annunciandas voluntates suas submissum. 2. Ut à Deo illi petamus spiritum ipsius, ut suo ritè fungatur officio, fructuosè concionando. 3. Ut illum magnâ cordis atque animi cum simplicitate, ac pura proficiendi in virtutum exer-

exercitiis intentione audiamus ; qui enim curiositate ductus concionem adiret, absque ullo inde fructu recederet. 4. Uti ea observemus, quæ animabus nostris sunt utilia, amando imprimis conciones illas, quæ corda nostra commoveant. 5. Ut ex habita concione semper aliquid memoriâ teneamus, quo proficere valeamus, instar apis industriæ, quæ ex omnibus, quos tangit, floribus, aliquid alveari suo infert, è quo mel suum conficiat.

## CAPUT XXXI.

*De modo sacris assistendi supplicationibus.*

**P**læ supplicationes, sive, ut vocant, processiones eo fine in Ecclesia institutæ sunt, ut per illas fidelium excitetur devotio, atque ut Christiana exhibeatur militia, quam quotquot ad Baptismum & Christi fidem accesserunt, imprimis verò Religiosi, profitentur. Quæ causa est, cur congregatio fidelium in terris, *Ecclesia militans* appelletur: unde & crucis vexillum supplicationi præfertur, atque instructo agmine, veluti turma militum, procedimus.

*Directio.*

“ Domine Deus meus, ecce coram toto  
 “ hîc mundo comparere debeo, instar mili-  
 “ tis sub tuis auspiciis composito agmine in  
 “ hac egregia Armatorum sub sanctæ crucis  
 “ tuæ labato merentium caterva prodeuntis.

Ii 5

Oro

Oro te, ut gratiam hanc mihi concedas, ut eâ devotione me geram, proximo meo pietatis ac virtutis exemplum ut præbeam. Nolli sinere, ô Virgo sanctissima, ut sacrum Ordinem tuum ullâ liberiori oculorum evagatione offendam, vel ei dedecori sim.

*Applicatio interior.*  Consentanea erit mysterio aut festo, quod celebratur. Arque si supplicatio generalis sit cleri totius, quilibet suas preces vocales ac sacram potissimum Beatissimæ Virginis corollam precatoriam, Rosarium vocant, persolvet.

## CAPUT XXXII.

*De modo accipiendi sæculares nos invisentes.*

Quantum quidem in nobis est, cum sæcularibus veluti mortui, qui viventibus apparent, conversetur oportet. Mortuorum apparitiones rariores existunt, modico solum tempore perdurant, eorumque sermones breviores ac nisi de rebus alterius vitæ non sunt. Ad eundem planè modum, quo ad ejus fieri potest, rariùs mundo nos visendos præbeamus est necesse: quod si obedientia aut charitas ad id faciendum nos impellat, tempus certa ac definita nobis præscribere necessitas, & colloquia nostra solum de Deo ac rebus quæ bono omnibus sunt exemplo, esse debent.

Dicitur

*Directio.*

" Existimabam, Domine, mundum esse à  
 " me derelictum, & ecce mundus ipse me fu-  
 " gientem insequitur. Noli, quæso, Domine,  
 " permittere, ut rei istius studio aut cupiditate  
 " ullo unquam cor meum tempore teneatur.  
 " Solummodò obedientiæ satis ut faciam ad  
 " colloquendum cum hominibus istis me  
 " confero. Istam, oro, mihi gratiam conce-  
 " de, ut hac in re mihi metipsi studiosius invi-  
 " gilem, & omnes modestiæ regulas accuratè  
 " observem. Bonos animi mihi sensus inspi-  
 " ra, ut ea cum illis colloquia misceam, quibus  
 " bono, quod à me expectant, esse illis queam  
 " exemplo. Actionem hanc offero tibi in u-  
 " nione tuæ sanctissimæ atque immensum in  
 " modum fructuosæ conversationis inter ho-  
 " mines, quoad in terris fuisti versatus. Noli  
 " & tu sinere, Virgo sacratissima, ut isto in  
 " congressu à præsentia Dei longè recedam,  
 " aut quidpiam animi interioris collectionis,  
 " quam spiritualibus exercitiis nostris fortassis  
 " acquisivi, amittam.

Aditus & collocutio simplex omninoque  
 sit procul ab officiosis verborum blanditiis,  
 quarum usus est sæcularibus, oportet: illæ  
 enim plerumque scatent mendaciis & assen-  
 tationibus, adeoque omninò dignæ non sunt  
 labiis orationi & Dei verbis consecratis,  
 qualia sunt Religioso-  
 rum.

*De infirmis in Valetudinario.*

**M**Orbi, uti omnes aliæ calamitates atque ærumnæ, blanditiæ sunt, quibus Deus animas, quibus imprimis vult gratificari, demulcet. Sunt etiam specimina, quibus eorum probatur fidelitas, istorumque speciminum, ut aliquid nimirum paterentur, adeò percupidi fuere viri sancti, ut suaviter apud divinam ingemiscerent atque exoptularent Majestatem, ubi ipsos diutius illis esse immunes permitteret; veluti bonus ille Senex Anachoreta, qui cum annum integrum in perfecta sanitate, præter consuetudinem tuam transegisset, amicabiliter illi dicebat: *Dereliquisti me, Domine, neque me anno isto invisisti.*

Vitæ communis observationes nequaquam relinquimus ob aliquas leviores ægrotationes, quæ plerumque sequuntur vitam austeriorem ac pœnitentem, uti sunt animi debilitationes, stomachi imbecillitates, quicumque capitis dolores; verùm in febribus, aliisque extraordinariis morbis charitas superiorum ad valetudinarium concedere nos jubet.

Sapiens ac virtutum studiosior Religiosus diligenter sibi cavebit, ne bonitate Religionis abutatur, ne videlicet illic amittat, quidquid acquisierit fortassis familiaritatis orationis atque interioris animi collectionis, atque etiam ne corpus suum assuefaciat sensualitati, dum hic illi suas permittit atque indulget necessita-

tes. Quod quia non fecere nonnulli, animadversum est, illos, valetudinarium ubi deseruissent, in summa vitæ licentia vixisse, cum illud valdè devoti fuissent ingressi: & plures illud adiere insigniter mortificati, qui ipsum relinquentes molles ac deliciarum amantiores evaserunt. Id quod illis eò evenit facilius, quòd, cum satis sibi minimè cave-  
rent, obedientiæ prætextum obtenderent. Adversâ igitur valetudine laborare ubi quis cœperit, istis utetur Salvatoris ac Do-

“ mini nostri verbis: *Ita Pater, quoniam sic* Matt. 11,

“ *placitum fuit ante te.* Visitas me, Domi- 26.

“ ne, hac infirmitate. Illam magnâ animi

“ cum submissione accipio in unione sanctis-

“ simæ atque acceptissimæ voluntatis tuæ: fiat,

“ uti tu imperasti, sit nomen sanctum tuum

“ benedictum.

*Directio facienda, ubi quis valetudina-  
rium ingreditur.*

“ Domine Deus meus, totum equidem

“ divinæ Majestati tuæ me dicavi atque conse-

“ cravi. Jam igitur meus amplius non sum,

“ sed totus tuus. Æquum itaque est, ut, tibi

“ in me quod est, jure utaris, pro tuo mihi li-

“ bitu dando sive sanitatem, sive immittendo

“ adversam valetudinem. Denuò atque inti-

“ mo cordis sensu confirmo donum, tibi de-

“ me ipso quod feci, quam humillimè te orans,

“ ut de me atque in me semper & absque ul-

“ la exceptione tuam sanctam adimpleas vo-

“ luntatem. Interea novi, hic esse locum

meæ

## 510 SPIRITUS ACTIONUM

meæ probationis, ubi tibi reipsa ut ostendam, oportet, desiderare me, tuâ opitulante gratiâ, ex virtutis præscripto pati, teque meis honorare impendiis. Animum mihi, quæso, concede, morbum istum patienter ut feram, neque istam complures eximias exercendi virtutes occasionem inutiliter elabi permittam. Peculiariter gratiam mihi dona, ut meo Infirmario, in cuius verbis atque iussis tuam sanctam agnoscam voluntatem, exactè obediam. Virgo sanctissima, tuque gloriose sancte Joseph, intercessionibus mihi vestris in ista necessitate opem ferte.

*Actus interiores in diversis occasionibus.*

*In vehementioribus morbi aggressionibus.*

Domine mi Magister ac Salvator, tu vitæ dolorum, vulneribus ac plagis à planta pedis ad verticem capitis plenus fuisti, ut in tuâ sacratissima persona omnes nostras infirmitates, dolores atque ærumas corporeas sanctificares. Tibi me unio, atque in unione & conformitate eorum, quæ tu tolerasti, nunc pati desidero. Capitis mei dolores spineæ columnæ tuæ sunt acumina & puncturæ. Febris meæ accessiones sunt maximi tui dolores, quos plenâ cum animi defectio in horrore, appropinquante passionis tuæ hora, per sensisti. Ingei's mea in febris ardoribus sitis permodica participatio est illius, qua in cruce tu exarsisti.

*In horrore, quo quis naturaliter aversatur medicamenta.*

*Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* *IOAN. 18. 15*  
 “ quia nimirum Salvator meus prior  
 me passionis suæ calicem exhaustit. *Ubi Infirmarius infirmo denegat quod petit. Non mea voluntas sed tua fiat.* *LUC. 22. 42.*  
 “ Etiam, ô Domine Deus meus, Infirmario meo, tanquam illi, qui isthic meum agit superiorem, & per quem tu tuam palâm facis voluntatem, hic me lubens submittam.

Porro infirmus, nisi maximâ cum moderatione, non ingemiscet, neque conqueretur, quin potius dicet intra semetipsum: “ Mi divine Redemptor, exemplum tu mihi in sanctissima passione tua dedisti fortitudinis atque animi generositatis illius, quam à me desideras. Os tuum non aperuisti, ut conquereris, quantum vis acerbissima ac planè lethalia tua essent tormenta. Volo & ego, quantum quidem potuero, me tibi conformare.

“ Tandem, Domine, quoad in Valetudinario morari me oportuerit, hæc mea peculiaris agendi norma erit, ut ab Infirmario meo omninò gubernari me sinam, omnibusque quæ voluerit ipse, postquam ei simpliciter manifestavero quidquid necessarium mihi esse existimabo, me penitus submittam. Id quod ipse de dilectissimo præcursore tuo post mortem illius tu dixisti, epigraphe meæ erit: *Fecerunt illi quacumq; voluerunt.* Ita, mi Domine, habeant me, qui mihi assistunt,

*Marc. 9. 12.*

ut cur-

utcumque voluerint, ego amore tui me illis  
perfectè committo. ,,

## CAPUT XXXIV.

*De illis, quibus loca conventus scopis aut alia ratione purgare incumbit.*

**H**ic paucis incipiemus differere, quo animo ac spiritu exequenda sint quævis minutiora Religionis officia. Humilitatis nonnullis, aliis proptia sunt incentiva charitatis. Religionis virtute animari debent illa, quæ cultum spectant divinum, at omnibus communis & à quibusvis indivisa esse debet obedientia.

Humilitatis affectus proprii sunt illorum, qui scopis diversa conventus loca aut alia ratione communia vasa, aliaque purgare suppellectilia habent. Virtutis verò Religionis affectus ac sensus animare debet illos, qui Ecclesiam verrere atque ad Altare pertinentia habent purgare.

Magnus sanctus Basilius Author est, ad obtinendam humilitatis virtutem haud parùm conducere, ut in vilioribus quis sese exercent officiis: eâ enim ratione cor nostrum sensim sine sensu cogitationibus illis propriis ac familiarioribus se conformat, cogitationes enim nostræ ordinariè tales quales occupationes existunt. Ut proinde occupationes viliores atque humiliores ad sanctam humilitatis virtutem

De  
Oratio

tem obtinendam plurimum conferant, ac pedetentim nos superbiæ ac propriæ existimationis sensus exuere faciant.

*Pia cogitationes eorum, scopis conventus  
loca qui perpurgant.*

1. Monasterium Paradisus ac Cœlum terreste, Dei domus, ac sanctus mons est, in quo divina Majestas libenter inhabitat. *Mons, in Ps. 67. 17. quo beneplacitum est Deo habitare in eo.*

2. Mundities domum Dei multò amplius decet, quam Regum Basilicas, veluti agnoscebat Vates Regius, ubi in Psal. 25. ait: *Domine, dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloria tua.* Domus magnatum hujus mundi pretiosiorum suppellectilium, atque apparatus magnificentiâ resplendent: at domorum Religiosarum ornamentum est mundities.

3. Mundities exterior, quæ in bene ordinatis commendatur Monasteriis, unum è potissimis signis magis conspicuis est, è quibus dignoscitur egregius ordo, qui in illis observatur, atque etiam interioris animæ Religiosæ, quæ sanctuarium divinitatis est, puritatis indicium.

4. Salvator noster ab ineunte adolescentia sua ædes sanctissimæ Matris suæ Nazarethi scopis purgabat, veluti in nonnullis devotis nobis exhibetur imaginibus. Monasteria nostra totidem sacratissimæ Virginis ædes sunt, quoniam Ordo noster illi est specialiter consecratus. Illa ergò

K k

maximè

maximè munda, consentaneè ad ea, quæ puer  
Jesús factitabat, servemus oportet.

*Directio.*

Domine Deus meus, obedientia mihi im-  
perat, hunc vel illum locum Monasterii, in  
quo cum servis tuis habitare tibi complacet,  
scopis ut purgem. Obsecro te, hanc mihi  
gratiam ut concedas, ut hoc opus injunctum,  
eâ diligentia ac devotione perficiam, ut tuæ  
divinæ placeam Mejestati. Virgo sanctissi-  
ma munditiei domus tuæ studio & cupidi-  
tate afficior, tuâ sanctâ auxilio mihi sis inter-  
cessione. ,,

*Interior sub ista actione occupatio.*

*Matt. 5. 8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-  
debunt.*

*2. Cor. 7. 1. Mundemus nos ab omni inquinamento car-  
nis & spiritus, perficientes sanctificationem in  
timore Dei.*

*Matt. 23.  
25. Ve vobis, quia mundatis quod de foris est ca-  
licis & paropsidis : intus autem pleni estis im-  
munditiâ,*

*v. 26. Munda prius quod intus est calicis & pa-  
ropsidis, ut fiat id, quod de foris est, mundum.*

*v. 27. Ve vobis, qui similes estis sepulchris dealba-  
tis, qua à foris parent hominibus speciosa : in-  
tus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni  
spurcitiâ.*

Atque si intra semetipsum quis diceret : vae  
illis, qui nisi de exteriori locorum atque uten-  
silium munditiei non cogitant, interioriorem pu-  
ritatem suam omninò negligentes ; Illos ete-  
nim

De  
Oratio

nim divinus Magister noster sepulchris affimi-  
 lat dealbatis, quæ exterius hominibus appa-  
 rent speciosa, & interius plena sunt nudis ossi-  
 bus mortuorum, omnique putredine. Hujus-  
 modi, anima mea, foret Religiosus, si suæ pu-  
 ritatis conscientiæ curam penè nullam habe-  
 ret. Unde sic orabit.

" Tuâ gratiâ, Deus meus, ab anima mea  
 " quidquid tua Majestas impurum in ea de-  
 " prehendetit, ita amove, ut ego ex hoc loco  
 " sordes amoveo. Nunquid ad Religionem  
 " me vocasti, ut dignum me constituerem, qui  
 " templum ac sanctuarium tuum evaderem?

*Directio pro illo qui Chorum ex-  
 purgat.*

" Domine Deus infinitæ Majestatis, ecce  
 " hic locus est habitationis tuæ, locus oratio-  
 " nis, in quo laudes tuæ diu noctuque decan-  
 " tantur. Lætanter omnino obedientiam ad-  
 " impleo, quâ injunctum est mihi, illum mun-  
 " dum nitidumque ut servem. Hanc gratiam  
 " mihi, quæso, concede, ut munere hoc meo  
 " ita perfectè fungar, ut tuæ Majestati sit ac-  
 " ceptum, tuisque sim famulis bono exemplo.  
 " Eandem gratiam, Virgo sanctissima, humil-  
 " limè te oro.

*Directio pro eo, qui purgat Ora-  
 torium.*

" Oratorii tui, Domine, mihi curam com-  
 " misisti. Modicum illud templum est gloriæ  
 " tuæ ac devotionis sanctuarium. Idoneum  
 " meredde, ut ipsam ita ordinatè disponam, ut

tibi voluptati, & communitati, quæ illic con-  
venire amat, sit ædificationi. Tuam quoque  
opem, sanctissima Virgo, imploro, ut mune-  
re hoc meo dignè defungar. ,,

*Directio pro illis, qui Altaris gradus, can-  
cellos &c. purgare habent.*

En locus hic est, Domine, ubi pretiosissi-  
mum Corpus tuum requiescit, atque ubi  
Majestas tua hominibus in Eucharistiæ Sa-  
cramento charitate ineffabili se communi-  
cat. Permagno mihi honori duco, quod  
munus hoc in junctum mihi fuerit, illum  
mundum nitidumque ut servem. Grati-  
am istam te oro, eâ ipso devotione ac modestiâ,  
ut defungar, tibi placere ut valeam. Hanc,  
Virgo sacratissima, mihi gratiam obtine. ,,

*Interior sub istis actionibus oc-  
cupatio.*

*Pf. 83. 2. Quam dilecta tabernacula tua, Domine  
virtutum, concupiscit & deficit anima mea in  
atria Domini.*

*v. 3. Cor meum & caro mea exultaverunt in De-  
um vivum.*

*v. 4. Altaria tua, Domine virtutum, Rex meus,  
& Deus meus.*

*v. 5. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in  
secula seculorum laudabunt te.*

*v. 11. Quia melior est dies una in atriis tuis super  
millia.*

*Apoc. 21,  
3. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &  
habitabit cum eis.*

GRA:

*Gratiarum actio opere finito.*

“ Utinam, Domine, creaturæ te omnes a-  
 “ gnoscant atque adorent. Gratias ago tibi,  
 “ quod modicum hoc fervitium à me accipe-  
 “ re tibi complacuerit, atque ut defectus in illo  
 “ admissos ignoscas te oro, sive quòd conve-  
 “ nientem ad meipsum atque ad te attentio-  
 “ nem amiserim, sive quod verbum aliquod  
 “ absque ulla locutus fuerim necessitate, sive  
 “ quod aliqua in re aliis eo, quo debebam, ex-  
 “ emplo non præluxerim.

## CAPUT XXXV.

*De ablutione culinariorum aliorumq;  
 vasorum, suppellectilium ac vesti-  
 mentorum aliisq; humilita-  
 tis officiis.*

**D**ominus noster Christus Jesus, qui ipse  
 met dixit se non venisse ministrari, sed mi-  
 nistrare, eo mirum in modum oblectatur, quòd  
 habeat in Monasteriis imitatores, qui aliis inser-  
 viendo suam quærunt abjectionem. Quin  
 etiam fore promisit, semetipsos humiliantes ut  
 exaltarentur, ubi ait: *Qui se humiliat, exalta-*  
*bitur.* Luc. 14.  
11.

*Directio pro vasis eluendis.*

“ Domine Jesu, qui Magister es humilitatis,  
 “ gratiam mihi dona, illam ut in ista actione,  
 “ quam ad tui imitationem in spiritu perficere  
 “ cupio, exerceam. Te etiam in illa, Virgo sa-  
 “ cratissima, honorare desidero.

*Aspirationes sub ista actione.*

1. Quantum tu, Domine mi, exaltatus es „  
super omnes creaturas, tantæ gloriæ ac læti- „  
tiæ est, te in tua imitari humilitate. „
2. Domine Jesu, actione istâ tui amore „  
atque in plena tecum unione imprimis ob- „  
lector. „
3. Sinceros mihi, Domine, abjectionis „  
meæ sensus inspira, ut istud obsequium Pa- „  
tribus ac Fratribus meis cum gaudio exhi- „  
beam, sicut etiam fore spero, meritorum „  
ipsorum hac ratione particeps ut efficiar. „

*Gratiarum actio opere finito.*

Lauderis, Domine, actione istâ, quam tui „  
amore jamjam perfeci. Gratiam te oro, ut „  
totâ vitâ meâ sanctam humilitatis virtutem „  
singulari amore complectar. „

*De lotura vestimentorum.*

Ternæ peregregiæ virtutes Religiosæ isto „  
exercentur in officio. Imprimis enim lucu- „  
lentissimè hic patet *humilitas*; deinde hic re- „  
peritur *mortificatio*, quoniam calidissimo pri- „  
mum lixivio, atque inde aquæ non rarò gelidif- „  
simæ manus oportet immergere. Nec fraterna „  
hic deficit *charitas*, quoniam id muneris in ob- „  
sequium singulorum communitatis Religio- „  
forum expletur.

*Directio.*

Domine Deus, scio Religiosum, qui sui „  
metipsum abjectioni ac pœnitentiæ addictus „  
non

De  
Oratio

" non esset , parùm omninò in virtute ac san-  
 " cto sui odio profecturum : quoniam in ri-  
 " goribus, laboribus, tolerantis ac mortifica-  
 " tionibus unicè consistit Religio. Ecce vir-  
 " tutum istarum exercendarum occasionem,  
 " quam animo promptissimo accepto, eodem-  
 " que divinæ Majestati tuæ offero cum affectu.  
 " Gratiam mihi, quæso, concede, ut hic mihi  
 " non parcam, quin potiùs ea, qua cupis, ra-  
 " tione officio hoc perfungar, ad majorem  
 " tuam gloriam, ac Fratrum meorum, quibus  
 " collaborandum mihi est, ædificationem.  
 " Hanc etiam tibi, sacratissima Virgo, actio-  
 " nem devoceo.

*Aspirationes sub ipsa actione.*

1. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei, ma-* ps. 83. 11.  
*gis quam habitare in tabernaculis peccato-*  
*rum.* Ita sanè; humillima ac vilissima Reli-  
 gionis ministeria cunctis præfero honoribus,  
 quorum adeò studiosi sunt mundi istius secta-  
 tores.

2. *Macti sumus, anima mea, neque nobis*  
*parcamus.* Quid enim in Religione quæsitum  
 venimus, nisi labores ac mortificationes?

3. *Vivat bonorum Religiosorum suorum*  
*Fratrum obsequiis facta addictio.* Prò quam  
 vituperabiles illi sunt, qui fugientes laborem  
 sectantur faciuntque delicias! Etenim labo-  
 res, abjectiones, tolerantia & ærumna nun-  
 quid thesauri sunt eorum, Jesu Christi qui se-  
 quaces existunt?

*Pro quovis viliori officio.*

*Directio.*

Domine Deus, melius tu nosti miseras at-  
que infectionem pauperulæ animæ meæ,  
quàm ego unquam queam agnoscere. Vile  
officium istud ab obedientia mihi injunctum,  
mihi longè convenientissimum est. Illud in  
spiritu humilitatis tibi offero, & gratiam il-  
lius ritè ad majorem tuam gloriam, Fratrum  
meorum ædificationem, atque ad verum ac  
sincerum meimetipsum consequendum de-  
spectum obeundi te oro. Hanc tu gratiam  
mihi obtine sacratissima Dei Mater Maria.

*Aspirationes sub illius exercitaione.*

*Pf. 17. 28. Tu populum humilem salvum facies Do-  
mine, & oculos superbiorum humiliabis.*

*Eccli. 3. 21 Magna potentia Dei solius, & ab humilibus  
honoratur.*

*Prov. 16. 19. Melius est humiliari cum mitibus, quàm  
dividere spolia cum superbis.*

## CAPUT XXXVI.

*De ministris mensæ.*

**E**orum ministerium honoris plenum est,  
quoniam hominum Deo consecratorum  
societati intervium, quos ille illustrissimis ami-  
corum ac filiorum suorum nominibus insignit,  
ac numero suorum electorum adscripsit: Jam  
non dicam vos servos, sed amicos meos. Ego  
dixi: *du estis, & filii excelsi omnes.*

*Joan. 13.*

*15.*

*Pf. 41. 6.*

E o

Eo munere convenienti cum reverentia ut fungantur, poterunt cogitare, Refectorio, mensarum ordine, silentio, recollectione, gravi modestia, atque egregia sancti cætus ipsius compositione aptissimè exhiberi sacrum cœnaculum, in quo Salvator noster cum Apostolis pro ultima vice cibum sumpsit.

Illo igitur officio magnâ perfunguntur cum devotione, uniendo se sensibus & usui ejusdem sacratissimi Salvatoris nostri, qui maxima cum humilitate inter Apostolos suum nomen & conditionem ministri spontè accepit, quantumvis omnium Dominus esset. Etenim in cœna vigiliæ passionis suæ, illos humilitatem exemplo simul ac verbo docturus, ait, in Schola tua honori esse potius humiliari atque aliis ministrare, quam præesse, ut ipsi ab aliis ministraretur. *Qui, inquit, major est in vobis, fiat sicut minor, & qui precessor est, sicut ministrator.* *Luc. 22. 26.* Indequè semetipsum ipsis daturus in exemplum subjungit. *Nam quis major est qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Ea fuit humilitatis & charitatis plena divini Magistri nostri Christi Jesu ad suis serviendum creaturis indulgentia. Et verò nunquid ministri mensæ officio perfunctus fuit, ubi iteratis vicibus ingenti populorum ipsum in desertum usque secutorum multitudini miraculosè cibum ministravit?

*Directio.*

“ Domine Jesu Christe, qui dixisti non venisse te ministrari sed ministrare, quique

K k §

reve-

522 SPIRITUS ACTIONUM

reverà sanctissimæ Matri tuæ, ac Patri Jose-  
pho multis annis ministrasti. Hanc meam  
actionem ipsâ tuâ sanctifica, mihi que, obse-  
cro, gratiam concede, ut tuo illam exemplo,  
in tua præsentia eâ charitate, humilitate,  
modestâ, diligentâ ac dexteritate perficiam,  
tuæ divinæ ut placeam Majestati, totique  
huic Societati bono exemplo præluceam.  
Virgo sacratissima, te quoque, istam mihi ut  
gratiam obtineas, oro.,,

*Interiores sub ista actione actus.*

Insigni opus animi collectione hic est, eâ si-  
bi aliisque diligentâ ut advigilet, ne modestiâ  
vel tantillum amittat.

1. Domine, lætor omnino & glorior, ser-  
vis tuis inservire quòd queam.,,

2. Divinæ Majestati tuæ officii hujus no-  
mine obstrictum me plurimum agnosco.  
Illo magno erga terrestres hosce Angelos  
reverentiæ sensu perfungar.,,

3. Nunquid meritò gaudeo & exulto,  
quod inter istos Sanctos mihi degere datum  
est?.,,

4. Cœli incolis, imò & Christo Jesu a-  
mantissimo Domino meo servire mihi vi-  
deor.,,

5. Eja, anima mea, compotes nostri si-  
mus, ut nostro ne desimus officio, neque  
turbari nos sinamus. Convenientem exterius  
ac devotam exhibeamus modestiam & Re-  
ligiosè cuncta peragamus cum gravitate &  
simplicitate.,,

Quivis

Quivis etiam interiùs actum suum ad quemlibet Religiosum, cui ministrat, pro diversa cujuscunque conditione, officio atque occupatione, dirigere poterit. Exemp: grat.

*Ad superiorem.* Deus Dominus noster est, cui in tua persona interservio; illius enim in ista societate tu agis vicarium.

*Ad illos, qui salutem animarum procuranda incumbunt.* Accipe, bone Pater Confessarie, aut Concionator, velcere, ut in servitiis tuis, quæ Jesu Christo reddis, conservare te queas.

*Ad Seniores & Valetudinarios.* Comedite, boni Patres infirmi, ut debilitatem ac languores vestros meliùs sufferre valeatis.

*Ad alios.* Accipe, serve Dei, & nutrire, ut divinæ servitæ porrò pergas Majestati. Accipite, mortificationis amatores, istud obsequium, ut molestos ac generosos peregrinationis vestræ protendere possitis labores. Vescimini, fideles Jesu Christi amici, ut opera vestra heroica, vestrumque in divinam ipsius Majestatem continuare queatis amorem.

## CAPUT XXXVII.

### *De lectore mensæ.*

**H**omo, qui duabus è partibus compositus est, haudquaquam solo nutritur pane materiali, hic enim soli corpori servit, verùm etiam pro anima spiritali Dei verbi alimoniã opus habet, veluti divinus Magister noster fidem facit, ubi ait: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei* *Matt 4. 6.*

Lector

Lector mensæ porrò est, per quem Religiosi, qui mensis accumbunt, spirituales hanc recipiunt alimoniam, quæ corporeâ longè præstantior est, teste divo Augustino, qui ait: *Melior est refectio mentis, quàm ventris.* Os & lingua ipsius organum est Spiritus sancti, aut sacer quidam canalis, per quem in corda eorum cœlestes veritates ac verba vitæ derivat.

Officio fungitur *bonorum Angelorum*, qui eorum, quorum curam habent, intellectum, sanctas inspirando cogitationes, illuminant. Est, instar Joannis Baptistæ, vox Dei in deserto corda audientium illi præparando. Particeps est muneris Prophetarum atque Apostolorum, qui sensus æternitatis apportaverunt hominibus, quos operâ ipsorum sanctificare Deus voluit. Meritum obtinet sanctorum Ecclesiæ Doctorum ac Patrum Religionis, quia quod isti cœperunt, hic absolvit, ubi publicè pronunciat id quod ipsi divinè scripserunt privatim.

Mopus ipsius haud multò minoris momenti est munere pii ac zelosi Concionatoris, qui quotidie sancti, cujus Ecclesia memoriam veneratur, elogia deprædicat, ubi vitam illorum legit, qui absque ullo sive erroris periculo, sive rei cujusvis memoriæ mandandæ labore pulcherrimas gravissimasque fidei ac Religionis pronunciat veritates. Ea fortassis causa est, cur instar Concionatoris suggestum conscendat ac Religiosi Auditores ipsius non ad eò multum curant, utrum cœlestes veritates ex ipsius, an ex primorum earum Authorum, ore

per-

percipiant, quoniam per ipsum iisdem luminibus & affectibus potiuntur.

*Directio.*

“ Nutrimentum, Domine, spirituale, atque  
 “ animarum alimoniam servis tuis interea,  
 “ dum corpus reficiunt, subministrare debeo:  
 “ Oro igitur divinam Majestatem tuam, ut  
 “ mihi necessarias dispositiones tu concedas,  
 “ ut perfectè ad eorum ædificationem isto per-  
 “ fungar officio, ut ego æquè atque illi hoc  
 “ inde capiamus emolumentum, quod tua Ma-  
 “ jestas desiderat, ad majorem ipsius gloriam  
 “ ac sanctæ communitatis istius splendorem.  
 “ Virgo sacratissima, hanc & tu mihi gratiam  
 “ ut obtineas, oro.

*Actionis hujus spiritus* in eo situs erit, ut per-  
 magni suum faciat ministerium, considerando  
 1. haud vulgari sibi esse honori, quod orga-  
 num sit Spiritus sancti ac veluti os Dei ipsius,  
 quo Patribus ac Fratribus ad cor loquitur.

2. Quod si qua in re in suo deficeret officio,  
 obstaculum poneret divino circa suos Audito-  
 res consilio, quia ipsius isti vitio privati rema-  
 nerent luminibus ac spiritualibus animarum  
 suarum delictis, quibus illos Deus operâ ipsius  
 beare volebat.

3. Futurum illud genus esse quoddam con-  
 temptus librorum sacrorum, eorundemque  
 Authorum, si negligenter, fastidiosè ac socor-  
 diter illos legeret.

4. Fore etiam contemptum ipsius commu-  
 nitatis, quæ constat hominibus non nisi Deo,  
 votorum beneficio, consecratis, quorum pleri-  
 que honore sunt sacerdotii insigniti, ac nonnulli  
 eximii

eximii Dei amici, quoniam interiùs multùm in oratione elevati ac sublimati. Aliã quoque ex parte cavebit, ne dexteritate quadam suo perfungendo officio vanam gloriam atque hominum aucupetur prædicationem. Vanitas enim non rarò invadit, & occupat Lectores, qui nativã quadam loquendi gratiã polent.

Omnis ipsius *interior applicatio* simpliciter eò spectet oportet, ut quæ legit animo percipiat ac degustet, iisque permoveri se sinat. Legendo vitas Sanctorum, modò egregia ipsorum facinora demirabitur; modò illos imitari constituet; modò ipsorum amore prosequetur innocentiam, simplicitatem, reliquasque virtutes; modò denique Deum de insignibus ipsorum pœnitentis vitæ austeritatibus, spontaneisque tolerantibus collaudabit. Insignia martyrum tormenta, gloriososque illorum enunciando triumphos sancto quodam semetipsum inflammabit ardore. Illos in corde suo invocabit, ac loco mercedis, quòd societati congregatæ illorum generositatem, ac de Tyrannis ipsaque morte victoriam exposuerit, illorum implorabit patrocinium, ut illi à Deo obtineant aliquam permaximi eorum erga divinam Majestatem suam amoris atque odii sui-  
metipsum potiuunculam.

Poterit nihilominus exactibus sequentibus aliquem elicere, quin tamen convenientem ad lectionem attentionem interrumpat.

*Actus interiores.*

1. Etiam, Domine, servis tuis per os meum, loquere. »

2. Bene

2. " Bene habet : si me ego canalis, per quem  
" bonæ cogitationes ac sanctæ cœlorum affe-  
" ctiones in animas eorum deriventur.

3. " Egregiæ virtutes atque illustrationes  
" istæ per os meum transeuntes, ipsum purifi-  
" cent atque in perpetuum sanctificent.

4. " *Quam dulcia faucibus meis eloquia*  
" *tua ! desiderabilia super aurum, & lapi-*  
" *dem pretiosum multum, & dulciora super*  
" *mel & favum.*

5. " Procul absit à me omnis negligentia,  
" quæ me coram Deo culpæ reum, ac Patribus  
" & Fratribus meis invisum aut molestum at-  
" que importunum constitueret.

6. " Age, anima mea, ea munere hic no-  
" stro ratione defungamur, ut nostra nobis  
" conscientia ne improperet, nostro nos vitio  
" obstitisse Dei nostri erga servos suos, qui  
" nos audiunt, consiliis.

7. " In te, Domine lætor, ubi cum appro-  
" batione communitatis mihi legere videor, ad  
" te tamen omnem refero laudem ac delecta-  
" tionem.

*Gratiarum actio in fine lectionis.*

" Domine Deus meus, gratias ago tibi, me  
" quod uti volueris, ut verba tua servorum  
" tuorum auribus ingereres, mihi que, uti qui-  
" dem à bonitate tua spero, actionis istius me-  
" ritum conservare digneris. Dolerem sum-  
" moperè, si, nossem negligentiam siue vanitatē  
" meam tuæ gratiæ in cordibus eorum vel tan-  
" tillo fuisse obstaculo. Virgo sacratissima, oro  
" te,

te , sub tua porrò me semper habere ut per-  
gas tutela. „

## CAPUT XXXIIX.

*De Excitatore Nocturno.*

**O**fficio hic fungitur Angeli, qui mediâ nocte invitabat Pastores, ut venirent ad mundi Salvatorem in præsepio adorarent, quoniam idem Salvator in tabernaculo super Altari requiescit.

Angelus custos conventus, cunctique singulorum Religiosorum Angeli Tutelares illius ministerio imprimis oblectantur. Illi ipsi congratulantur, quod ipsis in Patribus ac Fratibus eorum curæ commissis ad Dei laudes concinendas excitandis auxilio sit. Ipsum etiam in ista actione comitantur, veluti Evangelista fidem facit, beatorum spirituum multitudinem sese adjunxisse illi, qui pastoribus loquebatur, *Luc. 2. 13. facta est cum Angelo multitudo cœlestis exercitus.* Cùm enim illos maximè ament, qui Chori frequentatione delectantur, illum indubiè majori prosequuntur amore, qui alios cum gaudio illuc adducit.

*Directio.*

Domine Deus, gratias tibi ago, quòd me  
eligere voluisti, qui servos tuos ad te collaudandum excitarem. Eâ nimirum ratione tua bonitas amplissimam mihi præbet facultatem, illi satisfaciendi pro peccatis à me in sæculo admissis effrœnatis licentiis, quòd majorem  
nocturnum

" hostium partem lusuibus aliisque solucioris  
 " vitæ occupationibus impenderim atque  
 " transegerim. Officium omninò Angeli-  
 " cum tu mihi injungis. Oro te, ut etiã mi-  
 " hi spiritus fervorem atque exteriorẽ lat-  
 " gias dexteritatem, ut eo ritè defungar ad  
 " majorem tuam gloriam ac totius communi-  
 " tatis ædificationem. Virgo sacratissima,  
 " tuum est ac tibi consecratum hocce cœno-  
 " bium, illiusque inquilini Religiosi familiam  
 " tibi propriam constituunt: tui enim do-  
 " mestici, tuo sumus in primis consecrati ser-  
 " vitio. Illius ego pro virili mea servare splen-  
 " dorem atque Ordinis & Religionis diligen-  
 " tem custodiam connitatur. Velut Matrem te  
 " oro, istam filio ac indigno tuo famulo gra-  
 " tiam ut obtineas. Angele sancte, qui Pro-  
 " tector es Ecclesiæ nostræ ac Dei negotiorum  
 " in isto Monasterio curator, tu in isto me ser-  
 " vitio, veluti minimum tutum servulum esse  
 " putato, ut pulsem campanam, ac Religio-  
 " sos istius loci inquilinos ad laudandum com-  
 " mune nostrum Creatorem ac Dominum  
 " expergeficiam.

*Occupatio inter excitandum interior.*

Desumi illa poterit ex Officii diei sive Festi  
 invitatorio exempli gratiã:

*Regem Apostolorum, aut Martyrum, aut  
 Confessorum &c. Dominum venite adoremus:*

*Christus natus est nobis: venite adoremus:*

*Nativitatem aut Conceptionem Virginis*

*Mariae devotissimè celebremus: Christum ejus*

*Filium adoremus Dominum.*

*Hoc signum magni Regis est; eamus & inquiramus eum. Prope est Dominus: venite adoremus.*

Desumi etiam poterit è nonnullis Psalmorum versiculis, aut exemplo vetustiorum quorundam Monasteriorum, quorum meminit S. Hieronymus, ex cœlesti *Alleluja* quod significat *laudate Deum*.

## CAPUT XXXIX.

*De excitatore matutino pro oratione mentali.*

**Q**uod si excitator nocturnus officio fungitur Angeli illius, qui Pastores invitabat, ut venirent ac Dominum nostrum adoretent in præsepio, Matutinus istum refert, qui Dominicæ Resurrectionis diei manè sanctis loquebatur mulieribus, illasque mittebat ad Apostolos, ut isti exinde apparitionibus ac suavissimâ ejusdem Salvatoris nostri præsentiam recrearentur. Oratio enim mentalis exercitium est, in quo Dominus noster præsentiam suam animas id cupientes consolatur, ubi illis degustandum ac sentiendum se præbet.

LUC. 14.  
17.

Est etiam instar servi illius Patrisfamilias, de quo dicitur in Evangelio, quod ubi amicis suis apparasset convivium, illum misit, ut illos moneret, ut venirent, quoniam omnia jam parata forent: *Misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis, ut venirent: quia jam parata sunt omnia.* Oratio enim mentalis bonorum Religiosorum spirituale ac voluptuosum convivium est.

*Dire-*

*Directio.*

" Domine , habeo dilectos servos tuos ex-  
 " pergefacerè , ut coram divina Majestate tua  
 " compareant , te adorent , in te animos suos  
 " occupent , ac sanctâ præsentia tuâ oblectentur.  
 " In singulis eorum honorare te cupio , & glo-  
 " riæ , quam tibi daturi sunt , particeps esse de-  
 " sidero. Offero tibi actionem istam , ut ea  
 " ratione eluam noxas , quas tempore occæ-  
 " cationis meæ in mundo contra te admisi , ubi  
 " socios meos ab exercitiis pietatis averti. Oro  
 " te , acceptam illam ut habeas , & gratiam mihi  
 " istam concedas , ut illam sic exequar , tibi in  
 " ea ut placeam. Virgo sacratissima , tuis præ-  
 " cibus auxilio mihi ut sis oro.

*Actus interiores inter excitandum.*

1. Itote Angeli terrestres , ut præsentia & consuetudine supremi Regis vestri fruamini.

2. Itote , amici sponsi , ut cum illo congau- deatis , atque interiorum animi deliciarum par- ticipes efficiamini.

3. Surgitote , divinæ sapientiæ Filii , illius ad scholam ut vos conferatis : fore etenim adpro- misit , illis ut sese manifestet , qui manè illum quæsierint : *Qui manè vigilant ad me , inve-* *Prov. 8.*  
*nient me.* 17.

4. Manè surgunt opifices , ut operi ac la- bori suo insistant ? Religiosorum opus oratio est , ad illam ergò eundem primo diluculo est. Nunquid à temporalibus operariis anteverti se sinent ? pro cælo non facient id quod opifices pro temporaneo facere amant emolumento ?

5. Milites, qui sub Regibus terræ merent, summo manè tympanorum tubarumve sono, qui sensibus eorum demulcendis nequaquam inservit, quoniam vita eorum dura, operosa ac laboriosa est, excitantur. Agite Patres ac Fratres mei, magni milites Regis, prælium ineamus cum vitis, ac potissimum cum socordia, quæ una cæteris vires ministrat, ac sine qua illa facili negotio vincerentur. *In matutino interficiebam omnes peccatores terra: hoc est omnia vitia, nempe superando desidia, quæ aliorum perverissima nutritrix est.*

*Ps. 100. 8.*

6. Devotio manna cæli est, quod primo manè pro toto die reliquo potius comparandum ac coacervandum est, quàm olim illud materiale, quod Deus in deserto submittebat Israëlitis, quod pleno die omninò reperire non erat. *Ut notum omnibus esset, Domine, quoniam oportet prevenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.*

*Sap. 15. 27.*

## CAPUT XL.

*De eo, qui hyeme post matutinas aut alio tempore accendit ignem, quo Religiosi se calefaciunt.*

*Directio.*

**D**omine Deus, obedientia sancta mihi, injungit, ut ignem accendam pro Patribus ac Fratibus meis, qui tuis jam tum laudibus decantatis somnum repetere habent,

" bent, ad orationem maturè ut queant resur-  
 " gere : lubentissimo animo hoc exiguum il-  
 " lis exhibeo charitatis obsequium , quod of-  
 " fero tibi cum ingenti in eo tibi placendi desi-  
 " derio. Oro te, ut gratiam mihi concedas,  
 " ipsum convenienti cum solertia ac diligentia  
 " ipsis ut exhibeam. Eandem quoque te gra-  
 " tiam oro sacratissima Virgo. Ubi ignem  
 horis accenderit diurnis, eandem directionem,  
 pauculis duntaxat mutatis, præmittere poterit.

Actionis istius *spiritus* consistit in *diligen-*  
*tia*, qua ignem horâ definitâ paratum esse cu-  
 ret, in *charitate*, qua tantum accendat, quanto  
 calefaciendis Religiosis opus erit, atque in *pru-*  
*denti œconomia*, qua plus ligni ne consumat,  
 quam fuerit necessarium, id quod sanctæ ad-  
 versaretur paupertati.

Eædem piæ considerationes, quas nuper  
 annotavimus pro illis, qui se calefaciunt, esse  
 usui quoque poterunt illi, qui ignem accendit.  
 In memoriam etenim revocare poterit marty-  
 rum in flammis constantiam, ineffabiles ardo-  
 res ignis Inferni, cum quo noster si compare-  
 tur, pictus verius quam genuinus ignis est : ac  
 flammam suavissimam, quam Spiritus sanctus  
 in cordibus eorum, qui ad illam concipiendam  
 oratione ac mortificatione, uti oportet, se com-  
 ponunt, accendit. Martyrum ignes ipsum affi-  
 cient admiratione, infernales timore, ac sua-  
 vissima sancti amoris flamma illius concipien-  
 dæ, ut ipsâ corripiamur, accendamus & con-  
 sumamur desiderio.

## CAPUT XLI.

LI 3

De

*De eo, qui lampadem succendit  
in dormitorio.*

*Directio.*

**G**ratias ago tibi, Domine, quod me haud,,  
indignum reputes, qui tantillum com,,  
munitati exhibeam obsequium. Isto officio,,  
animo libentissimo totâ vitâ meâ vellem de,,  
fungi, ut saltem in re adeò modica Patribus,,  
ac Fratribus meis utilis esse possem. Hanc,,  
mihi modò gratiam concede, ut exactè at,,  
que eâ ratione illo perfungar, ut satis illis fa,,  
ciam, illisque bono sim exemplo. Virgo sa,,  
cratissima eandem quoque te gratiam oro.,,

*Devota occupatio interior.*

1. Quod si Patribus ac Fratribus meis obse-  
quio sim in eo, quod lumen illis sensibile mini-  
strem, nunquid Deo longè gratius esset, si lam-  
pas ipse essem spiritualis bonis semper cogita-  
tionibus relucens, sanctisque coram divinâ  
Majestate affectionibus ardens? Hac etenim  
ratione dicitur de sancto Joanne Baptista: *Erât  
lucerna ardens & lucens.*

*Joan. 5. 15.*

2. Lampades coram sacro Altari accensæ  
ad majorem Dei gloriam lucent, atque omni-  
nò consumuntur: quæque in domo accen-  
duntur, utilitati eorum, quos illuminant, in-  
serviunt. Uti quoque, Domine, in Religione  
percuperem fungi officio, ut nempe & luce-  
rem exemplo, atque omnem facultatem meam  
tuæ gloriæ & Fratrum meorum impenderem  
obsequio,

3. Do.

3. Dominus noster in mundo cùm ageret, lumen esse se mundi dicebat: *Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.* Verùm & nobis quoque commendavit, ut bonis operibus exempli nostri boni lumen emittamus, ut homines ea videntes, etsi hoc nos minimè cupiamus, Patrem cœlestem glorificent. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Matt. 5. 6.

## CAPUT XLII.

*De eo, qui Religiosis distribuit candelas.*

**M**Inimum, quod quis in Religione exhibet, obsequium, perquam semper honorificum & coram Deo meritorium est: finis istius est, ut à Monasterio animorum arceatur otiositas, ubi nempe cuique distribuuntur candelæ, ut lectioni ac bonorum librorum studio, tam regularibus horis serotinis, quàm diurnis incumbant. Atque ea causa est, cur candelabrum computetur inter suppellectilem cellulæ sancti Patris nostri Elisæi, qui omnibus Religiosis monasticæ suppellectilis formam exhibuit.

Hoc officio qui defungitur, potest ac debet sperare futurum, ut meriti sacrarum lectionum ac studiorum, quibus Monasterii Religiosi candelarum, quas illis ipse detulit, beneficio, vacant, particeps efficiatur. Illa etiam of-

fert Deo , quasi gloriæ ipsius studiosior ex-  
stans.

*Directio.*

Gratias ago tibi, Domine Deus, quod per ,,  
sanctam obedientiam injungendum mihi ,,  
curasti officium distribuendi candelas, idq; ,,  
obsequii genus Patribus ac Fratribus ,,  
meis, fidelibus servis tuis, præstandi. Illud ,,  
exequi cupio eâ charitate, diligentia ac mo- ,,  
destâ, ut tibi complaceam. Oro te per glo- ,,  
riofissimæ Virginis preces ac merita, hanc mi- ,,  
hi gratiam ut impertiaris. ,,

*Interior sub ipsa actione occupatio.*

1. Etiam, Domine, Religiosos divinarum  
ac supernaturalium scientiarum studiosos o-  
mninò esse oportet. Mentis otiositas ultra  
omnem tibi displicet modum. Eorum lectio-  
nes, scriptiones ac meditationes majorem tuam  
gloriam atque animorum procurandam salu-  
tem spectant universæ. In earum ego partem  
venire cupio, deque illis summè gaudeo.

2. Minimè omnium, anima mea, minimè,  
inquam, candelis fraudandi, aut parcè nimis  
donandi sunt illi, qui tempus suum ad eò fru-  
ctuosè impendunt, animum bonis rebus ut  
impleant. Legunt, atque æternis tuis, Domi-  
ne, veritatibus imbuuntur. Inde te ardentius  
amant, in tuo servitio ferventiores, atque ad  
alios in illis, quæ salutis ipsorum sunt,  
instruendos comparatiores  
evadunt.

## CAPUT XLIII.

*De illo, qui per cellulas ac Monasterii  
officinas distribuit aquam be-  
nedictam.*

**A**Crionis istius *spiritus* consistit in simpli-  
ci & affectiva fide, qua quis credat hujus  
aquæ lustralis efficaciam, quæ peculiariter san-  
ctificata est per invocationem sanctissimi atq;  
augustissimi nominis Dei Patris & Filii & Spi-  
ritus sancti, per merita Domini nostri Jesu  
Christi, in fide Ecclesiæ, & per orationem Sa-  
cerdotis, rei hujus autoritate donati.

Hæc nomina Dei & Jesu, quæ Dæmonibus  
terribilia, ac perquam salutaria sunt illis, qui  
simplici fide atque affectivâ illa devotione ho-  
norant, refugio sunt nobis, qui in hoc mundo  
confligimus, ut gloriæ coronam aliquando ob-  
tineamus.

Aqua lustralis in Ecclesia militante è vali-  
dissimis armis est, quibus hostes nostri invis-  
biles in fugam aguntur. Illâ ipsi terrentur, quo-  
niam benedictio illi impressit lineamenta po-  
tentiae Dei, qui ipsis formidabilis est, atque effi-  
caciæ sanguinis Jesu Christi, qui illos debella-  
vit. Sæpè sæpiùs experta id fuit in molestiis ac  
tentationibus suis sancta Theresia, velut ipsa  
met in vita sua fidem facit: Diabolus ab illa  
fugam capiebat, ubi primùm aquam illa lustra-  
lem apprehendebat.

Eam etiam ob causam ipsius usus est in  
exorcismis, uti & apud infirmos, præ-  
cipuè cum isti in extrema mortis sunt lucta

constituti. Quin & Ecclesia absque aqua lustralis aspersione omnino benedicere nihil solet.

Illâ nos aspergimus, ubi cellas ingredimur atque è cellis ubi denuò egredimur. Idem factitamus, ubi peculiâres officinas vel etiam alia conventionis loca subimus. Aula nulla, nullum conelave, sive publicum, sive privatum, est, neque valetudinarium, neque hospitium, illa deesse ubi solet. Priusquam cubitum concedamus, illâ lectum inspergimus, nosmet verò Ecclesiam ingressi, antequam preces nostras fundamus, Bibliothecam prius quàm studere incipiamus; salutis enim nostræ inimici ubique nos impetunt, quin etiam ipsius somni tempore inducias nobis ulla permittant, atque idcirco istis armis ubique muniamur oportet, quibus illos percussos profligemus.

Multis aliis virtutibus admirandis illa pollet in iis, qui illâ devotè utuntur, veluti sunt istæ, quod cordibus nostris pias imprimat commotiones, quibus incitemur sive ad prosequendas virtutes, sive errata ut nostra agnoscamus, ut secretas naturæ cupiditates ac perversitates pervideamus, quo ita rubore suffusi emendationem nobis proponamus. Ista omnia officium illius, qui eam distribuit, perquam honorificum ac laudabile constituunt.

*Directio.*

Domine Deus, obedientia sancta mihi injungit, ut per totum Monasterium omnibus aquam lustralem sufficiam, quò eâ ratione auxilio illis sim, ut cordis sui puritatem atque inno:

"innocentiam conservent. Hoc officio eâ,  
 "quæ imposta mihi est, quamque mei Patres  
 "ac Fratres à me expectant, curâ ac diligen-  
 "tiâ defungi desidero. Gratiam tu mihi con-  
 "cede, ut eorum meritorum particeps efficiar,  
 "actionemque istam meam, quam tibi offero,  
 "ita perficiam, tuæ Majestati ut complaceam.  
 "Te etiam, sacratissima Virgo, honorare illâ  
 "cupio: oro te, tuis precibus mihi ut esse ve-  
 "lis auxilio.

*Interiores sub ipsa actione Ele-  
vationes.*

1. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Ps 67. 2.*

*ius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.*  
 Dei nimirum ac nostri inimici procul ab hisce  
 locis, ubi nomen ipsius laudatur atque invoca-  
 tur, facessant.

2. *Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit ibid. v. 3.*

*cera à facie ignis, sic pereant peccatores à fa-  
cie Dei.* Dæmones videlicet instar fumi dis-  
 pareant, atque evanescant: sive sicut cera co-  
 ram igne liquescit, ita tentatores isti, qui nos  
 ad perversè agendum instigant, terrefacti fugâ  
 elabantur coram isto elemento, cui sanctum  
 Dei nomen gloriæ ac terroris ipsius fulgorem  
 impressit,

3. Quam felices essemus, Domine, si invio-  
 latâ in omnibus obligationibus nostris fidelita-  
 te cor nostrum purum haberemus? Verissi-  
 mum autem, eheu! est, nos indies in pluribus  
 omnitò delinquere. *In multis offendimus lac. 3. 2!*  
*omnes.* En, boni Patres & charissimi Fratres  
 mei, salubrem aquam, quam adfero vobis, ut  
 illâ

illâ vestris frontibus aspersâ animarum vestrarum maculas eluatis.

4. In omnibus locis istis sint omnia sancta. Maligni atque immundi spiritus ad illa vel omninò accedere non audent, aut saltem potestatis in illa nil habeant, aut usurpent.

5. Corda nostra, quæ sponsi lecti floridi sunt, in candore innocentiae conseruemus. Aqua ista per sanctissimi nominis invocationem, ac virtutem meritorum Domini nostri Jesu Christi in fide Ecclesiae, matris nostrae ac sponsae ipsius charissimae, benedicta unâ cum interiore devotione multò illi jucundior & gratior erit omnibus quàm maximè odoriferis aquis ac suavissimis suffimentis.

4. Age, anima mea, cum gaudio isto ab obedientia inuncto defungamur officio. Eâ enim ratione id agimus, quod Deo & Angelis gratum permagnam Dæmonibus movet indignationem. Quidni obsecro palàm apertèque profiteremur, studere nos Deo contra ipsos, quoniam, eheu! nostro maximo probro illis aliàs contra Deum studuimus.

#### CAPUT XLIV.

#### *De Tonsura & Coronis.*

**T**onsura nostrae Deo factae consecrationis symbolum est, veluti Divus Dionysius lib. de Hier. Eccles. c. 6. exponit. Significat amputationem omnium rerum superfluarum, ut uni Deo vacare queamus. Olim signum erat luctus ac tristitiae animi maxima quapiam infelicitate.

licita  
viti  
Il  
lâm c  
Chri  
ctos,  
pertè  
ræ ir  
craffe  
uant  
C  
retin  
am,  
nore  
Chri  
nem  
press  
cemu  
nobi  
nistr  
passi  
cultâ  
est la  
Reg  
quea  
esse

D

“  
“ pe  
“ tib  
“ m

licita-

licitate afflicti. Erat etiam nota quædam servituti.

Illius usus perpetuus fuit Religiosis, ut palam omnibus facerent, esse se servituti Jesu Christi addictos, pœnitentes, tristes, & afflictos, qui sua & aliorum peccata deplorent. Apertè per illam etiam profitentur, cunctis terræ inutilitatibus ac superfluitatibus se renunciasse, ut solis necessariis, & modicè quidem, utantur.

Capillacea corona illa, quam post tonsuram retinemus, in memoriam revocat nobis spinam, quam maximâ cum ignominia, nec minore cum dolore, gestavit Dominus noster Christus Jesus, palamque nobis facit, professionem nostram exigere, ut contemptuum ac deprecationum ipsius laudem cum ipso communicemus. Deinde etiam nobis illa designat, esse nobis in nobismetipsis regnum aliquod administrandum. Illud in eo consistit, ut sensus ac passiones nostras, cunctasque nostræ animæ facultates ritè componamus. Id quod majori est laudi bonis Religiosis, quàm terrenis sit Regibus, quod subditis suis leges imponere queant. *Rex maximus ille est, qui poterit Rex esse sui.*

*Directio pro illo, cujus capilli in modum corona tendentur.*

“Tolle, Domine, ab anima mea omnes supervacaneas affectiones & quidquid in me tibi displicuerit, ut magnâ cordis atque animi puritate te amare ac servire tibi queam.

Fac,

Fac, Virgo sacratissima, ut nunquam professione meâ indignum me constituam, neve coronam istam, quæ illius signum est, immeritò & indignum in modum gestem.

*Directio pro illo, qui capillum radendo coronam efformat.*

Deus meus, quoniam obedientia & charitas fraterna requirit, ut Patribus ac Fratribus meis ab integro reficiam coronas, veluti consecrationis ipsorum tuo factæ servitio indicia, officio hoc omni, qua potero dexterrate ad majorem tuam gloriam ac Religionis honorem defungi desidero. Oro te, actionem hanc meam acceptam ut habeas, & gratiam mihi istam impertiaris, ut illâ in cœlo coronam promerear. Te etiam, Virgo sacratissima, hanc mihi gratiam ut exores, obtestor.

Lectio sacra, quæ sub ista actione fieri solet in vicem colloquii interioris usui erit; verùm illa prætermissa fortassis ubi fuerit, in silentio intendere poterimus piis cogitationibus istis, quas initio hujus capituli exposuimus.

## CAPUT XLII.

*De stipis per urbem coactoribus.*

**I**nterior Evangelici hujus operis perfectio in eo consistit, ut ipsum obeamus in vero ac genuino spiritu paupertatis atque humilitatis, ad vivam imitationem Domini ac Salvatoris nostri Christi Jesu, qui in cœlis dives ac magnus cum

cùm esset, spontaneam paupertatem & contemptum in terris elegit. Ad illud nos impellere debet non modò superiorum imperium, sed etiam charitas erga Fratres nostros, ad quorum frugalem sustentationem panem mendicamus. Deinde magnâ hic ac pudicâ opus nobis modestiâ erit, quæ effectus & indicium erit interioris animi seipsum inspicientis collectionis.

*Directio.*

“ Domine Deus meus, sancta obedientia  
 “ vult, ut in meimetipsum despectu ac sanctæ  
 “ paupertatis usu me exerceam, ubi ad stipem  
 “ pro mea ac pauperum & fidelium servorum  
 “ tuorum sustentatione colligendam me mit-  
 “ tit. Offero tibi istam actionem in honorem  
 “ atque in unione paupertatis ac mendicitatis  
 “ tui filii Domini nostri. Per infinita illius vo-  
 “ luntariæ ad statum istum abjectionis merita  
 “ oro te istam gratiam, illam perfectè ut obe-  
 “ am, ad illius imitationem, ad meam pro-  
 “ priam perfectionem ac proximorum ædifi-  
 “ cationem. Virgo sacratissima, pro tibi o-  
 “ minò consecrata familia hocce laboris su-  
 “ scipiam. Oro te, tuâ mihi tutelâ opem ut fe-  
 “ ras.

*Actus interiores.*

1. Anima mea oblectatur paupertate, quæ in persona Dei Filii honorata fuit ac sanctificata.

2. Omnes illam Sancti ad illius amaverunt, atque exercuerunt exemplum. In illorum & ego sententiam eo.

3. Di-

2. Divine Jesu, tu caput & Rex existis patrum  
perum spontaneorum, sub legibus, sub quibus  
tot omnium Ordinum probi Religiosi vixe-  
runt. Me, Domine inter illos ad tuam admira-  
tionem imitationem.

4. Eamus, anima mea, neque de paupertate,  
neque de humilitate Christi Jesu erubescamus,  
quandoquidem ille amore nostri sese eo-  
usque deprimere verecundatus non fuit.

5. Minimè omnium profectò humilitas &  
abjectio porrò est, quin potiùs honori ac laudi  
tibi ducere qui vis debet, quod faciat id quod  
ipse Deus primus omnium fecit.

*Accipiendo eleemosynam.*

Benedic, Domine, benefactoribus istis  
omnique ipsorum familiarum. Illis in pre-  
mium regnum cœleste, veluti promisisti,  
retribue.

*Dum eleemosyna petita denegatur.*

1. Rectè admodum, Domine, in homi-  
nem, qui me humiliat, quique mihi multò  
ampliùs prodest, quàm ipsa, quam peto, elee-  
mosyna prodesse potuisset.

4. Quòd petita eleemosyna mihi dene-  
gatur, idcirco fit, ut hac ratione ad ampliùs  
probandos paupertatis effectus compellat.  
Etenim si nihil eorum, quæ petimus, nobis  
denegaretur, potiùs exigere redditus, quàm  
stipem ostiatim colligere videremur.

3. Ulteriorem, Domine, ulteriorem re-  
pulsam: si modò Patres ac Fratres mei inde  
nihil patiantur.

*Videtur*

*Videndo charitatem pauperiorum ma-  
jorem quàm plurimum opu-  
lentiorum.*

“ Verissimè dixisti, Domine, Regnum cœ-  
lorum esse minimorum, esseque divitibus  
“ perdifficile illud obtinere, quoniam plus ni-  
“ mio suis addicti facultatibus sunt.

“ Gratias ago tibi, quòd amorem a medi-  
“ vitiarum abstuleris, quòdque contentus vi-  
“ vam, quòd nihil habeam, veluti etiam nihil  
“ unquam habere decrevi.

## CAPUT XLVI.

*De Janitore.*

**M**onasterii janitor vicem refert Cherubini,  
quem Deus constituit, ut custodiat adi-  
tum Paradisi terrestris, cujus imago Religio  
est, zelo igitur ac prudentiâ suâ inde arceat,  
quidquid loci sanctitatem profanare, aut can-  
dorem atque innocentiam inquilinorum vel  
tantillum maculare posset: neque alios intro-  
ducat, præter illos, qui inde queant proficere.  
Superioris, veluti Dei in Monasterio Vicarii,  
est cuncta pervidere, ac scire, qui ipsum ingre-  
diantur aut egrediantur; ac quoniam per se-  
ipsum portæ custodiendæ vacare non potest,  
munus istud Religioso cuiquam, qui oculus illi  
sit, & cui veluti sibi metipsi confidat, deman-  
det oportet.

Dici potest, esse ipsum veluti vigilantem  
excubitorem in statione positum pro securi-  
tate Monasterii totius, quod adversum salutis

ac perfectionis nostræ inimicorum insidias in illius fide ac prudentia acquiescit.

Constitutus ipse est, suâ ex parte, quantum quidem potest, ad Monasterii quietem ac silentium operam & industriam suam ut contribuat, loquendo ac respondendo extraneis, qui illuc adveniunt, quin interiorem requiem animorum collectionem, studium aut Regularitatem aliorum Religiosorum interturbent. Extranei illum ad Monasterii januam inveniunt, quid velint ipsi exponunt, ille verò redefert ad superiorem, indeque convenienti modo destiâ ac diligentia refert ad ipsos, quod de mandato ei fuerit responsum, ut bono se ipsis exemplo.

Officiû istius *perfectio* consistit in prudentia in debita erga superiorem fidelitate, atque in honesta gravitate. *Prudentia* in eo potissimum sita est, ut congruenter ac paucis verbis ad ea, quæ Extranei interrogaverint, respondeat, rationemque convenientem subjiciat, veluti sanctissimus Patriarcha Benedictus in Regula constituit, ubi ait: *Ad portam Monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum & reddere.*

*Fidelitatis* ipsius est exactissimè observare atque observari facere Regulas sui officii, fideliter ad superiorem deferendo omnia, quæ ipsum scire debere ac velle non ignorat, cum hic ipsi veluti sibi metipsi confidat. Quod si inquam nescio cujuscunque hominis gratiam huic muneri suo deesset, in die Judicii omnino mali reus esset, quod inde Religioni evenisset suæque pœnas perfidiæ dare teneretur.

*Gravitas* nihilominus ipsi necessaria est, quam semper ab ætate si non habeat, moribus tamen præterat oportet. Modestus ipsius atque affabilis aditus egregiam totius communitatis speciem ac formam Extraneis designabit. Is enim mortalium mos est, ut integram communitatem unius intuitu metiantur. Visus serenitas, taciturnitas, pudore condecoratus aspectus ac paucis comprehensa responsa id efficiunt, ut familia esse sancta credatur universa.

*Interius Exercitium.*

*Directio* quotidie manere poterit esse ista:

“ Domine Deus meus, tu mihi istius sanctæ  
 “ domus commendasti custodiam, ad januam  
 “ illius instar fidelis excubitoris pro securita-  
 “ te, ac pro omnium Patrum ac Fratrum meo-  
 “ rum quiete ac tranquillitate ut agam vigilias.  
 “ Portam custodiam istius Paradisi terrestri-  
 “ in quo Religiosi in innocentia degunt, ut  
 “ meâ diligentia, & eorum, quæ à superiore  
 “ injuncta mihi fuerint, executione impediam,  
 “ ne quis eorum in viva & activa ad divinam  
 “ Majestatem tuam tendentia interrurberur.  
 “ Lubentissimo illis animo id obsequii exhi-  
 “ beo, dum illi orationi ac studiis incumbunt.  
 “ Hanc à te humillimè gratiam peto, ut isto  
 “ officio cum ædificatione, prudentiâ ac mo-  
 “ destiâ ad majorem tuam gloriam defungar.  
 “ Eandem te gratiam oro, Virgo sacratissima,  
 “ Mater mea Maria.

*Actus.*

*Audiendo sonitum campanæ ad portam.*

“ En, inquiet, quo Deus me vocat, & continuo

Mm 2

absque

absque ulla interposita mora festinare jubet. „  
Excubitor equidem & custos sum loci hujus „  
sancti. Eamus visum, utrum adsint è no- „  
stris, ut illos recipiamus, an ex alienis, ab illis „  
ut caveamus. „

*Reperiendo illic pauperes stipem mendican- „  
tes.* Illos magno cum amore intuebitur, dicens „  
intra seipsum: Tu nobis, Domine, mandasti, „  
te in persona tuorum ut pauperum confide- „  
raremus. „

Si reperiat alterius cujuscumque Ordinis *Reli- „  
giosos* aut *Sacerdotes*, in corde suo cum gau- „  
dio dicet: Ingredimini, Dei nostri amici: „  
Benedictionem Beatissimæ Virginis in do- „  
mum inferte. „

Si quempiam *Secularium*, cui loqui debeat, „  
statim ad Religiosam se componet modestiam, „  
ista intra semet cogitando: Religioso vir- „  
tutis huic homini præluceam exemplo oportet, „  
ad majorem Dei gloriam, cujus sumus „  
ministri, atque ad Religionis, quæ mater no- „  
stra est, honorem. „

Eundo vocatum aliquem *Confessarium* in- „  
tra semetipsum dicere poterit: Veni, mi Pa- „  
ter, ut edas miraculum, veni ut per pecca- „  
tum lethale mortuum vitæ restituas, aut sal- „  
tem per veniale sauciatum ut sanes. „

Quando adit *Superiorem*, illi flexis, uti o- „  
portet, genibus locuturus, cogitabit: En Chri- „  
sti Jesu in cœnobio isto Vicarium, Illi cuncta „  
sint nota oportet, ut de illis majori prudentiâ „  
ac paternâ providentiâ disponat. Illius vox „  
est, quæ meritum obedientiæ dum impertit, „  
in periculis commercii cum *secularibus* secu- „  
ritatem nobis affert. „

Eun-



Matt. 25.  
34. 35.

litque id è potissimis charitatis operibus, quibus in die Iudicii in præmium æternam retribuet felicitatem. *Hospes eram & collegistis me. Venite possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.*

Quale gaudium erit charitatis ac benignitatis studio Hospitalario in illa postrema tristissima die audire has longè faustissimas voces: Atque econtrariò quo animi dolore afficientur illi, quibus Dominus noster exprobrabit, quod ipsum vel nullâ omninò ratione, vel invitè hospitio exceperint, aut denique quod nulla ipsi charitatis officia exhibuerint? *Hospes eram & non collegistis me. Amen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus meis, nec mihi fecistis.*

ibid. v. 43.  
45.

Cogitatio ista, qua nimirum in persona Hospitum Dominum nostrum consideramus, omnem ultra modum extollit hospitalitatem. Etenim quanto honori est, ipsum hospitio excipere Christum Jesum? Illis invidemus, quibus felicitatis id obtigit, illum ut tecto accipere potuerint, cum adhuc mortalem hanc ageret vitam: at eodem merito potentur, eodemque in extremo die iudicii afficientur honore, qui in Hospitibus ipsum exceperint. Illis etenim ipse dicet: *Quamdiu fecistis uni ex his Fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Satis igitur esse non videtur, ut hospites venturos expectemus, quin potiùs illos ire quæsivimus, prævenire, invitare, imò, apud nos ut diverterent, compellere deberemus.

v. 40.

Sæpè Dominus noster sanctis istius virtutis studiosis de sua, sub specie pauperis peregrini, præ-

præse  
cto G  
rem c  
ruit i  
heri i  
Am b  
pis b  
D. A  
Noli  
non  
Tem

“ o  
“ d  
“ ti  
“ it  
“ h  
“ u  
“ c  
“ f  
“ t  
“ g

ter  
co

ot  
fo  
ri  
n  
d

præsentia gratificatus fuit ; prout legitur de sancto Gregorio Magno , in quem hanc singularem contulit gratiam, ac nocte sequenti apparuit illi dicens : hætenus in membris meis, at heri in propria me recepisti persona. Unde S. Ambrosius ait : *Quis scit an & tu cum suscipis hospitem, suscipias Christum?* E quo cum D. Augustino hanc elicimus consequentiam : *Nolite ergo negligere peregrinos, ne fortè quem non excepistis, sit ipse Christus.* Serm. 65. de Temp.

*Directio.*

“ Lubentissimo animo, Domine, accipio  
 “ obedientiam & curam Hospitibus inservien-  
 “ di mihi demandatam. Illis ea ministrare ra-  
 “ tione cõnitatur, qua ipsi tibi ministrarem, quia  
 “ in illis te ut considerem & attendam ipse vo-  
 “ luisti. Hanc mihi, oro te, gratiam concede,  
 “ ut in tua me semper contineam præsentia,  
 “ caveam omnem à disciplina defectionem,  
 “ hocque munere conveniente cum dexteri-  
 “ tate ac bona ædificatione defungar. Hanc  
 “ & tu mihi gratiam obtine sacratissima Vir-  
 “ go.

Charitas, diligentia ac modestia omnem interiore[m] exterioris occupationis istius spiritum constituunt.

*Charitas* id efficit, ut in gratiam hospitem omni consolatione, quam percipere posset ex solitudine, libentissimè sese privet Hospitalarius, neque ulli parcat labori, sed fastidium, molestiam atque animi omnem, suboriri quandoque qui posset, superabit angorem. Denique

æquo animo tolerabit omnes defectus, si quos fortassis sive in Hospitibus, sive in munerum domesticorum administris deprehenderit, cavebitque, ne de illis temerarium ferat iudicium, omnesque comprimet & coërcebit cogitationes despectus, motus acerbitatis, querimoniarum, ac murmurationum, si quibus imperitus fortè fuerit. Id quod commendat Princeps **1. Pet. 4. 9.** Apostolorum, ubi ait: *Hospitales invicem sine murmuratione.* Superiori tamen fideliter ac sincerè aperiet, in officio suo quidquid evenit.

*Diligentia* filia est charitativæ dilectionis, etenim *diligentia dicitur à diligendo.* In istis illa consistit 1. ut conclavia nitida semper servet ac munda, ut statim in illis absque ullo Hospites excipi possint obstaculo. 2. Ut ad explendum ministerium suum quantocyus se conferat, ubi monitus fuerit ac vocatus. 3. Ut Hospitibus sanctâ quadam cum lætitiâ ministrat, quin tamen de modestia ac Dei præsentia quidquam remittat. 4. Ne diutius quò in officinis Dispensatoriæ vel Culinæ aut alibi detineri se sinat. 5. Ut improvisum à tempore occupari se non permittat, quin potius ipsum prævertat, ut horâ constitutâ sint omnia parata. 6. Ut sæpius exactè legat ea, quæ circa sui muneris administrationem scripta sunt, ut illis omninò se conformet.

*Modestia* specialiter in istis relucebit 1. Ut pauca, nec nisi rogatus, loquatur. 2. Ut cum Hospitibus nimia ipsi familiaritas ne intercedat. 3. Ne sit curiosus in audiendis, aut sciendis de sæculo, vel etiam de aliis Monasteriis

riis rumoribus. 4. Ut se cohibeat, ne facile aut leviter risum edat, ubi quid coram illo recenseretur, quod ipsum movere queat. 5. Ne quid eorum, quæ in Hospitio vidit vel audivit, ad alios Monasterii Fratres deferat, nisi hujusmodi sit, illos ædificare ut queat.

*Interiores virtutum actus, in exercitio  
Hospitalitatis qui reperiuntur.*

1. *Fidei.* " Hospitibus servio, at Dominus noster est, qui servitium recipit. Video homines, at in illis Christus Jesus delitescit. Illi charitatis obsequia à nobis accipiunt, at Dominus noster est, qui beneficio illis collato se obstrictum profiteri non dedignatur.

2. *Spei.* " Ad unum alterumve diem illos, Domine, qui ad nos veniunt, & sub tuo id nomine poscunt, hospitio excipimus. Verùm in præmium tu nobis æternum in Paradiso cælesti præbebis hospitium.

3. *Fraternæ charitatis.* " Quàm bonum & quàm jucundum est, Domine, invicem dilectionis exhibere indicia ! Quantum vis bonos hosce Religiosos non cognoscam, aut ullâ ratione cognoscerem, satis est, esse famulos, domesticos & amicos tuos, ad illos honorandos ac diligendos ut permovear. Nunquid ipse tu, Domine, dixisti: *In hoc Ioan 13. cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* 35.

Pf. 138.  
17.

4. *Honorifica hospitem existimationis.* *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus.* Illis dum inservio, meritorum ipso-  
rum particeps esse desidero. Ubi te pro suis,  
benefactoribus oraverint, fore spero, Do-  
mine, divina Majestas tua mei ut memi-  
nerit. ,,

5. *Diligentia.* Eamus, anima mea, nos-  
que cum gaudio impendamus, ut istos Dei  
servos quibus possumus afficiamus benefi-  
ciis. Omnem à nobis procul abigamus,  
animi angorem aut fastidium, nisi merito  
orbari omni velimus. Prò quàm benè tem-  
pus impenditur, ubi unicâ horulâ æternita-  
tem promeremur! Venite amici Dei, cives  
Apostolorum, magni Regis domestici, de  
manibus servulorum vestrorum minimi le-  
vamenta accipite, quibus ad reparandas iti-  
neris laboribus detritas vires indigetis. Pe-  
des vestros abluam, bellè atque accommo-  
datè lectos componam. Venite, & ego vo-  
bis optima quæ potero alimenta ministrabo. ,,

Matt. 11.  
28.

*Venite & ego vesciam vos. ,,*

Pf. 36. 16.

Gen. 33. 11

6. *Illis Religiosa congruenter paupertati mi-  
nistrando. Melius est modicum iusto, super  
diuitias peccatorum multas. Suscipite benedi-  
ctionem, quam attuli vobis & quam donavit  
mihi Dominus, tribuens omnia.*

7. *Boni Exempli.* Quod si garrulitate aut  
dissolutione meâ his Dei ministris offendicu-  
lo forem, in animis eorum amantissimam  
matrem meam Religionem probro affice-  
rem, illis quoque displicerem, multoque  
majori molestiæ essem, si coram illis meam  
prode-

“pre  
“cat  
“ap

D  
quan  
men  
pern  
tuit,  
sibii  
eran  
uni  
stis.  
la cl  
erit  
diu

I  
con  
app  
for  
ben  
ipse  
In  
fir  
do  
pu  
Ve  
nu  
vi

“proderem immodestiam atque immortifi-  
 “cationem, quàm si ingrati saporis illis cibos  
 “apponerem.

## CAPUT XLIIX.

## De Infirmario.

DEVOTIONE & CHARITATE SERVIRE INFIRMIS EX  
 OPERIBUS CHRISTIANÆ FIDEI AC RELIGIONIS  
 QUAM MAXIMÈ MERITORIIS EST. Eò nos incita-  
 mento plusquam humano Dominus noster ut  
 permoveat, ipse se ægrotorum in locum substi-  
 tuit, ubi illis exhibita obsequia quasi præstita  
 sibi ipsi abs se habenda esse asseruit. *Infirmus*  
*eram & visitastis me. Quamdiu enim fecistis*  
*uni ex his Fratribus meis minimis, mihi feci-*  
*stis.* Quod si ipse se devinctum agnoscat lo-  
 la charitativa visitatione impensa infirmo, quid  
 erit de illo, qui integra hebdomada aut mente  
 diu noctuque ipsi adfuerit.

Matt. 25.  
 36.40.

Indie Judicii, quando & justissimi terrore  
 contremiscent, charitatis studiosi Infirmary  
 apparebunt securi: & Christus Jesus, qui adeò  
 formidabilis erit aliis, istis omnem exhibebit  
 benevolentiam, verbisque dulcedine plenis  
 ipsos affabitur dicens: *Obstrictus sum vobis.*  
*In persona ipse mea accepi, qua meis fecistis in-*  
*firmis. In meis vos arumnis mihi adfuitis,*  
*dolores meos mitigastis, plagas & vulnera mea*  
*purgastis, in sui mea potum mihi pr. buistis.*  
*Venite, possidete Regnum Patris mei in eter-*  
*num.* Sanè si vel modica fides adsit, omninò  
 videtur esse debere æmulatio in Monasterio,  
 quis

quis infirmorum curam gerere debeat, ut felicitatem ac meritum ipsius Jesu Christi curandi obtineat. Nihil difficile nobis erit, ait S. Bonaventura, nihil nauseam nobis pariet, nihil in ægris nostris eorumque curatione abjectum aut indignum sive erubescendum videbitur: quin potius omnia jucunda, omnia dulcia, omnia amabilia erunt, ubi in Fratre nostro ipsi Domino nostro serviemus. Stim. Amor. 2. p. c. 7.

*Directio.*

Gratias ago tibi, Domine Deus, quod superiori meo hanc mentem injicere voluisti, ut me deligeret ad officium istud, quod adeo tibi acceptum tantique coram te meriti est. Illud omni, qua potero, perfectione explere desidero. Oro te, hanc mihi ut gratiam impertiaris, ut illo charitate, diligentia, solertia ac patientia necessariis defungar, ut tibi gratus existam, omnibusque infirmis convenienti auxilio sim. Virgo sacratissima, Patres ac Fratres mei specialiter tuo consecrati servitio sunt, quibus servire, quosque curare habeo: hanc ergo tu gratiam mihi exora.

*Spiritus* istius officii in duabus potissimum consistit virtutibus. Prima est: *Misericordia* sive commiseratio erga infirmos, ut eorum morbo ac doloribus permoti quasi illos in nobis ipsi sentiamus. Animo in loco ægroti collocare nos debemus, eique cuncta præstare, nobis ab aliis exhiberi quæ vellemus, juxta illam divini Magistri nostri sententiam: *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.*

Matt. 7.

12.

Imita-

Imitari debemus eundem Salvatorem nostrum, cui satis non erat, quod ut Deus intellectu hominum miseras cognosceret, sed Frater noster nobis similis esse voluit, ut & sensu eas perciperet, veluti Apostolus in Epistola ad Hebræos cap. 2. observat, ubi ait: *Debuit per omnia Fratibus similari, ut misericors fieret.* Heb. 2. 17.

Ipsē circuitbat quærens miseros ægrotos, eorum miserebatur, atque ex ingenti, qua erga illos ferebatur, misericordiâ ac miseratione omnes illas miraculosas, quas sancti Evangelistæ commemorant, faciebat curationes. Exemplum ipsius imitati sunt Sancti, qui ubi in curandis infirmis miracula non edebant, saltem commiseratione & intimo in illos amoris sensu plenierant, quo ipsis opem ferre satagebant. Illos imitari debemus & nos firmâ atque indubitâ fide persuasî, multò amplioris coram Deo meriti esse infirmo misericordi charitate opitulari, quàm illum miraculosè sanare. Miracula enim sunt opera potentie Dei in creaturis, quæ nihil hic merentur, at ex amore profecta subsidia virtuosa creaturæ sunt opera Dei gratiâ munita, quæ tota meritoria sunt.

Altera virtus boni Infirmarii est *Mansuetudo* sive *Patientia*, tolerari qua queat diversas indoles ac mores eorum, quorum curam gerit. qui æquè tractabiles ac sibi metipsis mortui omnes non sunt. Reperire enim aliquos est, qui morbo afflicti & abjecti, illiusque diuturnitatem pertæsi, modis pluribus miserum contristant Infirmarium. Verùm hic illos generoso & constanti animo tolerare debet, quoniam eò ampliùs ipsius meritum erit,

erit. *De talibus enim copiosior merces acquiritur.* S. Bened. Reg. c. 36.

Per-suasum debet habere, infirmo tantum non ab ipso præstari obsequii, dum corporis illius curam gerit, quantum infirmus, et si ignarus, exhibet animæ ipsius, ubi ipsi passionum suarum moderandarum amplissimarumque in cælo coronarum adipiscendarum tot occasiones subministrat. Ea sententia est D. Dorothei, qui multo tempore officio Infirmary perfunctus fuit, ubi ait: *Pro comperitissimo habet, majori se beneficio affici ab agrotis, quàm afficiatur agrotus ab ipso.* Doctr. 14. num. 11.

*Actus interiores.*

1. Domine Jesu Christe, non hominibus, sed tibi ipsi inservire me existimo. ,,

2. Noli deinceps, anima mea, noli consuetudine tua dicere, Deum ac Dominum diversis exercitiis à te quærere, neque tamen inveniri. Eccum etenim ipsum in nostro valetudinario. Ibi decumbit, ibi ægrotat, ibi doloribus afficitur. Ab ipso discedere noli, illum miserare, illi in necessitatibus operam tuam impende. ,,

3. Minimè profectò opus jam est, cum Sponsa in Canticis ut porrò dicas: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Locum enim haudquaquam ignoramus: scimus nimirum, in nostro commorari Valetudinario: nihil ergo jam est super, nisi illi inserviendò nos totos ut impendamus. ,,

4. " Dubitare noli, anima mea, quin Domi-  
 " nus in seipſo accipiat, quidquid ægroto huic  
 " facimus : si ipſummet curare haberemus,  
 " quid quaſo faceremus ? Nil minus igitur  
 " huic faciamus, illum enim hic nobis re-  
 " præſentat.

6. " Æger amantiſſime, ubi lectum tuum  
 " compono, ubi tibi hoc juſculum, hunc ci-  
 " bum, hanc potionem, haſcupedias porri-  
 " go ac propono, ipſum in te Jeſum Chriſtum  
 " conſidero. Te ubi contingo, illius ſacraſſi-  
 " ma à me contingi membra exiſtimo. Iſto  
 " intuitu te, veluti meum Dominum, honoro  
 " ac tibi venerabundè, veluti Jeſu Chriſto fu-  
 " turo meo Judici, inſervio.

*Actus, quibus quis reſiſtat ſaſtidio  
 atq; omnes difficultates  
 expugnet.*

1. " Faſtidio omni renuncio : ipſum à cor-  
 " de meo depello aut improbo, ne illi ſuccum-  
 " bam, quin potiùs obedientiam ac ſervitia  
 " mea ad finem uſque producam.

2. " Expergiſcere ſomniculoſa & languida  
 " charitas. Cor & animum meum iteratò ca-  
 " leſac, tuo impulſu ut agam, & quidquid in-  
 " genii, quidquid virium, quidquid ſolertiæ &  
 " iuſtriæ mihi Deus conceſſerit, inſirmis  
 " ipſius juvandis impendam.

3. " Ad tempus duntaxat obedientia nos  
 " facere jubet id quod maximi Sancti ſponte  
 " ſuâ toto vitæ ſuæ tempore facere elegerunt.  
 " Illi enim Inſirmorum in Notocomiis ſeſe ſer-  
 " vitio devoverunt, ut ea felicitate potirentur,

ut

ut in fine vitę suę hęc omni consolatione plenissima ex ore Salvatoris nostri audire verba mererentur: *Per modico tempore me agrum tu curasti. Tu fuisti, qui in meis tribulationibus mihi presto fuisti. Euge serve bone intra, in eternam meę glorię participationem. Eandem & ego sperabo felicitatem.*

4. Ecquęnam difficultas, Domine, divellere me posset à dilectione, quam singulis Patrum ac Fratrum meorum amore tui debeo? *Quis nos separabit à charitate Dei? nec labores, nec molestię, nec vigilię, nec proprię quietis aut secessus desiderium, nec meorum ingratitude ægrotorum à servitio, quod illis amore tui exhibere promisi, me abducent.*

5. Sed enim quales nobis difficultates sunt? nunquid vel de illis ut cogitem merentur? ubi magna illa Sanctorum generositas, qui quin ulli obedirent naturali horrori aut abominationi, ulcera suxerunt, atque ex illis expressam saniem epotarunt? Multò equidem nos ampliùs infirmo nostro, quàm ille nobis, obstricti sumus. Etenim si corpori illius nos curando impenderimus, anima nostra per ipsum passionibus, quę multò pejores morbi sunt, levatur.

6. Quid, quęso, valetudinarium nisi locus est tribulationis non solùm pro Infirmis, sed & pro Infirmario? At illas æquis animis toleramus amore illius, qui tanto nos fuit profecutus amore, ut omnibus doloribus nostris gravari ipse voluerit. *Sed in his omnibus speramus propter eum, qui dilexit nos.*

7. Divine ac misericordissime Domine Jesu,

Rom. 8:  
37.

" su, si omnes infirmitates nostras tu ipse tu-  
 " listi, & nobis Fratrum nostrorum infirmi-  
 " tates eousque sunt ferendæ, ut parati simus  
 " mori in eorum servitio, veluti pro nobis mor-  
 " tuus tu ipse fuisti. *Quoniam ille animam* 1. ioan. 3.  
 " *suam pro nobis posuit: & nos debemus pro* 16.  
 " *Fratribus animas ponere.* Veruntamen ipsam  
 " tu vitam meam, Domine, non requiris, sed in  
 " presenti meis contentus servitiis es.  
 " 8. " Irane verò? Jesum Christum desere-  
 " re, curam Redemptoris nostri absque ulla  
 " miseratione negligere auderemus? Quid ipsi  
 " faceremus, si in valetudinario nostro ægrotus  
 " decumberet, ac vulneribus, pro nostra salute  
 " quæ accipere voluit, moreretur? Ille ipse est,  
 " qui illic nostra prætolatur servitia. Ea illi,  
 " amabò, ne denegemus. Illi ergò studiosè ad-  
 " simus, omnem austeriorem abigamus mæ-  
 " rorem, ne ipsum tristitiâ afficiamus. Hoc ete-  
 " nim nova esset vulneribus ipsius addere vul-  
 " nera, ac novum dolori dolorem, veluti de  
 " nonnullis ipse conqueritur, ubi ait: *Super* Ps. 68. 27.  
 " *dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

## CAPUT XLIX.

*De Custode vestium.*

**V**estimenta Religionis sancta sunt, quia a-  
 pertiora Deo factæ consecrationis nostræ  
 indicia. Ille ergo, eorum cui cura & custodia in  
 Monasterio demã datur, esse debet amantissime  
 ac de sua sollicitissimæ matri familia per similes.  
 Hac etenim in id studiosè si incūbit, ut omnib<sup>9</sup>  
 domesticis suis de honestis ac mundis vestibus

N a

pro-

prospiciat haud minorem ille habeat curam oportet, cunctis Monasterii Religiosis de congruis vestimentis atque lectisterniis ut provideatur. Vestes igitur illis subministrabit pro eorum necessitate, illas, laceratae ubi fuerint, reficiet, ac Religiosae denique vitae legibus congruenter pro majori munditia ac nitore, eluet aut eluendas curabit.

*Spiritus* istius officii in eo situs est, ut Religiosos amictus nequaquam consideret, veluti usitata vestimenta, quibus homines post nativæ jacturam innocentiae cooperiuntur, atque etiam post illam, quam peccando incurrerunt, miseriam adversum tempestatum rigores muniantur: sed illos cogitet esse veluti honorificentissima nostrae ereptionis è saeculo ac Deo factae consecrationis indicia.

Sancti Patres Vestitum Religiosum *Vestitum* vocaverunt *Angelicum*. Baptismali illam tunicæ D. Dionysius. Eccl. Hier. c. 4. assimilat: Portentosum ille pallium est sancti Prophetæ ac Patris nostri Eliæ, cujus attractu discipulum suum Elisæum, Religioni nomen ut daret, permovit. Ex isto vestitu agnoscebatur esse vir Dei, quo nomine passim insigniebatur. Scapulare est specialiter Virgini Beatissimæ consecratum. Sanctus Anastasius illustris nostri Ordinis Martyr usque adeo suum honorabat vestimentum Religiosum, ut ipsum veluti prædestinationis suæ arrham intueretur. Etenim Tyranno multa bona temporalia ei promittenti, Jesu Christo renunciare si vellet, respondit: *Tota felicitas mea in caelo est, cuius*

vene-

*venerabilis amictus, quem gero, certissimum mihi testimonium est.*

Tres potissimum virtutes istius, quo de agimus, officiatoris interioris exercitium constituent. Etenim accensus sit oportet *charitate*, ut eo studio hoc munus suum obeat, ut cunctas Patrum ac Fratrum suorum prævertat necessitates. Amare debet sanctam *paupertatem*, ut nihil perire sinat eorum, quæ honesto porro usui esse queant. Haud exiguo etiam studio *modestia* sollicitus sit oportet, ut Religiosorum vestimenta convenientia atque ad cuiusvis sine staturam accommodata.

## CAPUT L.

*De egressibus è Monasterio.*

**E**Gressus è Monasterio nunquam Religiosis periculosi non sunt, eruntque omninò funesti, nisi diligenter in Dei præsentia sibi met-ipsis advigilent. Illos minimè affectent, neque naturali in illos propensione ferantur, sed ex solo obedientiæ incitamento, haud absque constanti proximorum suâ modestiâ ædificandorum proposito suscipiant omninò est necesse.

Sæpè sæpiùs usu venit, ut mundi species in imaginatione necdum omninò oblitteratæ veterum intuitu objectorum renoventur. Eamobrem è Monasterio exeundum non est, nisi cum quodam Dei timore, neque inter sæculares, nisi magnâ cum circumspectione, ac de nobismetipsis diffidentia est commorandum.

Eorum nos instar gerere debemus, qui, per terras hostiles peragrarè ubi debent, nunquam armis ad se tuendos comparatis instructi non sunt, aut instar illorum, qui per loca contagione infecta transire quando habent, antidotis necessariis sollicitè se muniunt.

*Directio.*

De  
Oratio

Obedientia, Domine, ad modicum tempus è Monasterio egedi me juber. Periculum illud est, quod de modica illa fit virtute, quam hæcenus fortassis acquisivi. Verùm, in te & gratia tua omnem fiduciam meam repono, fore sperans, ut in ista occasione, in qua ero extra meum elementum, instar piscis existentis extra aquam, tu me deducas & auxilium mihi sis. Imperfectum meum tu nosti: noli igitur permittere, ut de tui amore quam remittam, aut cordis mei puritas inde aliquid detrimenti patiatur. Quin potius fac, ut hoc ab obedientia injuncto munere, non absque proximi ædificatione expleto ad desideratam solitudinem meam à mundo etiam, quam sim modò, amplius abalienatus revertar. Meas ergo tu, Domine, cogitationes, meos oculos, aliosque sensus ac meos gressus in tuo sancto timore deducere ac dirigere digneris. Virgo sacratissima, tuum quoque humillimè imploro patrocinium ac tutelam.

*Spiritus* actionis istius in eo erit, ut bonus Religiosus à corde suo procul abigat omnem curiositatem, sequemetipsum in composita contineat modestia ac gravitate, conformando se illi, quam amantissimus ac divinus Salvator noster

noſter exhibebat, qua omnes intuentes, dum in humanis adhuc ageret, in admirationem rapiēbat. Aut certè ob oculos ſibi proponet illam, quam Angeli ſancti exhibere conſueverunt, ubi Dei juffu, cœleſti habitaculo ad modicum tempus relicto, hominibus ſeſe præbuerē viſendos. Quanta tum quæſo in eorum aſpectu ac vultu innocentia ac dulcedo apparebat? Quàm eorum certi ac definiti erant ſermones? Quàm eorum intellectus à negotiationis ſuæ, illa expleta, ſpeciebus imunes atque expediri penitus erant? Quamobrem conſiderandum eſt nobis, & ipsis non minùs Angelis moderati ac modeſti ut ſimus.

Bonus etiam Religioſus religione ac rectæ conſcientiæ legibus obſtrictum putare ſe debet, ut bono ſit exemplo, caveatque, ne quid dicat, aut faciat coram ſæcularibus, quo ipsis ſcandalo aut Religioni vel tantillo probro eſſe poſſit. Id quod certiffimè eveniret, ſi effrœnatiore licentiâ aut nimiâ ſenſuum diſſolutione profeſſionis ſuæ ſanctitati derogaret.

Eapropter meminerit verborum Salvatoris noſtri, qui ſcandalofos cùm execraretur, ait: *Væ mundo à ſcandalis. Qui ſcandalizaverit Matt. 18. 6*  
*unum de puſillis iſtis, qui in me credunt,*  
*expedit ei, ut ſuspendatur mola aſinaria*  
*in collo ejus, & demergatur in profundum*  
*maris.*

Meminerit nihilominus & illius, quod divinus ait Apoſtolus, ab omnibus nimirum illis,

2. Cor. 2.  
15.

qui vitam amplexati sunt Apostolicam, uti sunt Religiosi, bonum Jesu Christi odorem ubique diffundi, *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.* Illis etiam præcipit, ut coram hominibus æquè atque coram Deo inculpato se exhibeant, minimam mali speciem caventes, ne cuiuspiam offendiculo cùm existant, ipsam professionem suam contemptui exponant. *Providemus, inquit, bona non solum coram Deo, sed etiam coram Hominibus.* Et alibi. *Ab omni specie mala abstinete vos. Neminis dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.*

6. 8. 22.

1. Theff. 5.  
22.

2. Cor. 6.  
3.

Hac in re sequetur, id quod in monitis habetur S. Mariæ Magdalensæ de Pazzis, quod nimirum honorum Religiosorum Exemplum externis sit unum è potissimis mediis, quæ habent Deum honorandi & animas lucrandi. Et verò nunquid ipsissimum istud est, quod verbis disertis præcipit divinus Magister noster, ubi ait: *Sic luceat lux vestra coram Hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.*

Matt. 5. 16

Oculi in terram demissi unam è melioribus boni hujusmodi exempli, utpote singularis modestiæ, partem constituunt. Ne fortè, ut dicunt sancti Patres, inconsideratis aspectibus diversas quasdam species hauriamus, quæ deinde in cellula nostra molestiam haud exiguam pariant: *Si in civitatem aut vicum proficisceris, oculi tui deorsum aspiciant, ne hostes in cella tibi suscites.* Abbas Isaias orat. 3.

Domum reversus gratias aget Deo, quod ipsum ad dilectam solitudinem suam reduxerit,

rit, hac vel simili ratione : “ Domine Deus,  
 “ quàm possum humillimas ago tibi gratias,  
 “ quòd extra Monasterium purum tibi servien-  
 “ di desiderium in me conservaveris. In finitam  
 “ tuam oro clementiam, ut omnes mihi noxas  
 “ ignoscas, quas ibi, quòd satis ad me ipsum  
 “ attentus non extiterim, admittere fortè po-  
 “ tui. Me etiam, si placet, exime cunctis spe-  
 “ ciebus & imaginibus rerum, quæ meam su-  
 “ bierunt phantasiam, ut tuæ Majestati in spi-  
 “ ritus & cordis puritate me possum unire.

## CAPUT LI.

*De Religiosa Urbanitate.*

**H**onestas sive Religiosa urbanitas morum  
 hac verborum elegantia non est merè hu-  
 mana, neque affectata, aut solo mundano mo-  
 re ac ritu usitata, sed partem constituit virtutis  
 modestiæ, cujus prima functio in eo sita est,  
 ut Religiosum in omnibus exterioribus suis ex  
 rationis regula perfectè componat in ordine  
 ad seipsum, altera verò, ut honestum ipsum ac  
 urbanum erga proximum constituat.

Nascitur illa è nobilissimis *charitatis* atque  
*humilitatis* virtutibus. Charitas enim est,  
 quæ ubi proximi existimationem ac veneratio-  
 nem nobis suggerit, ei in omnibus honorem  
 ac signa reverentiæ, pro meritis & cujusque  
 conditione, ut exhibeamus impellit. Humi-  
 litas dum nobis minorem de nobismetipsis exi-  
 stimationem inspirat, aliorum nostram et com-  
 moditatem in quavis occasione antepone-  
 re docet.

Duarum istarum præclarissimarum virtutum fructus, uti observat D. Thomas, est primò metuere, ne qua in re proximum offendamus aut contristemus; ac deinde eâ cuncta facere ratione, qua ipsi fore putamus gratiora. *Dulcedo quadam affectus, qua quis horret omne, quod potest contristare.*

Urbanitas ergò non solum consistit in officiosis verborum blanditiis, quas memoriae quis mandaverit, neque in reverentiis & observantiis merè exterioribus, quas homines tantisper ingeniosi & acuti ludibrio habent, eas ex sola fictione ac duplicitate procedere haudquam ignorantes: sed consistit in quadam animi benigni ac pacati suavitate. Satis superque illam descripsisse atque etiam commendasse videtur Apostolus, ubi scribens ad Romanos illis ait: *Charitate fraternitatis in vicem diligentes: honore invicem prævenientes.*

Rom. 12.  
10.

Hugo à S. Victore vult, Religiosum se cunctis amabilem exhibere, omnibus officiosum ac nemini molestum: quoniam proximo se reddere affabilem signum est, quod quis sit devotus erga Deum. *Omnibus est officiosus, nulli onerosus, quia devotus ad Deum, benignus ad proximum.*

Istiusmodi ingenii homines reperire est, ut illis innata sit urbanitas, qui que absque alterius adjumento virtutis generosâ ac beneficâ inclinatione sint humiles, atque in illos, qui ipsos præcellunt, reverentes; pares verò honore præveniant, atque illis denique, qui illis inferiores esse se existimant, amabili quadam consuetudine ac familiaritate connituntur

cur esse conjuncti. De istis haud immeritò dici potest, *gaudeant bene nati.* Quidquid hi faciunt, quidquid dicunt gratum est, quoniam in eo humilitas, simplicitas ac venustas relucet.

Alios econtrariò invenire est, qui ipso naturæ ductu sunt inurbani & agrestes, sive quia animo sunt viliori, sive quia minùs liberaliter instituti atque educati, sive quia arrogantes ac nimis inconditè suimetiporum amantes existunt. S. Bernardus illos sub nomine præsumptuosi ita describit: *Præsumptuosus primus in conventibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se introducit, reordinat ordinata, reficit facta, quidquid ipse non fecit, aut ordinavit, nec rectè factum, nec pulchrè estimat ordinatum.* De 12. grad. humil. Totidem istæ sunt notabiles inurbanitates, à quibus atque aliis etiam minoribus bonus Religiosus, tam inter Fratres suos, quàm inter Sæculares, studiosè cavere sibi debet.

In occasione mentem suam elevabit ad Deum hac ratione: “ Domine, posside animum meum, quem tibi offero atque illum ut dirigas oro. Rege linguam meam, ut inter ea quæ in ista occasione, in qua plures errandi rationes occurrunt, dicere ac tacere debeam, discernere queam. Fac, Domine, gratiâ tuâ, ut hic proximo sim bono exemplo, eique placeam ad majorem tuam gloriam, atque ut de simplicitate mea ac spiritu interiori vel tantillum ne remittam.

## CAPUT LII.

*De pulsatore campanarum.*

**A**d ea gradum jam facimus, quæ spectant ad Ecclesiam & Chorum; inter quæ primum est pulsatoris campanarum; h-c etenim est, qui signum edit, atque officii divini horas distinguit.

*Directio.*

Gratias ago tibi, Domine Deus, quòd me ad istud officium, veluti præconem, aut buccinatorum tuæ gloriæ elegisti. Vis itaque, ego Fratres meos campanæ sonitu, juxta horarum diversitatem ac solennitatis divini tui cultus discretionem ad tuas canendas laudes ut excitem. Hoc officio interiori cum devotione ad totius communitatis ædificationem fungi desidero. Divinam Majestatem tuam, quam possum humillimè oro, ut hanc gratiam per merita & preces Beatissimæ Virginis mihi concedas.,,

*Spiritus* istius actionis pulsandi campanas in eo consistit, ut illam qui obit, se consideret veluti Regni Dei, quod est sancta Ecclesia, administrum. Etenim campanarum pulsandarum ministerium sacrum est, ac veluti tale ab Episcopo imponitur in ordine ostiarii, qui unus est ex quatuor minoribus ordinibus.

Animadvertere debet nihilominus, campanas esse in Ecclesia peculiari solemnitate, precibus

ibus prolixioribus, aquæ lustralis, incensi, atque etiam olei sancti chrismatis adhibitione benedictas : quia instrumentum esse debent Spiritus sancti, quò tam interius, quàm sono exteriori Religiosi, Ecclesiastici aliique fideles ad adorandum ac laudandum Creatorem invitentur, atque in illis excitentur motus pietatis ac devotionis, quos alia instrumenta, quantumvis harmonica sint, nequaquam progenerant.

Ea consideratio zelum ipsius inflammabit, atque ubi suo defunctus fuerit officio intra semetipsum dicere poterit : “ Utinam vocem  
 “ haberem instar campanæ sonoræ, omni  
 “ qua possem contentione clamarem, ut orbem  
 “ terrarum universum ad communem Crea-  
 “ torem nostrum adorandum, ac laudes ipsius  
 “ decantandas convocarem.

## CAPUT LIII.

*De illis, qui in officio di-vino dicunt  
 sacras lectiones.*

**E**St in Ecclesia Ordo Lectorum, quibus Episcopus in eorum inauguratione potestatem dat publicè legendi in Ecclesia Prophetarum oracula, sacræ Scripturæ lectiones, ac SS. Patrum expositiones.

Exhibendo illis librum tangendum, quemlibet monet, ut suo dignè fungantur officio, ut ostendat, illis, qui ad id muneris deputantur, connitendum esse, ut opus istud, quasi exigui negotium momenti, indifferenter ne suscipiant, sed

sed

sed magnâ peragant cum consideratione, *Accipe, inquit, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium tuum, partem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio.*

Benedictio quam petit lector à Sacerdote priusquam lectionem decantet, dicendo: *Iube Domine &c.* ipsi in memoriam revocet oportet, primò nullum huic officio ex seipso & absque Ecclesiæ permisso debere se ingerere, ac deinde illi annexas esse gratias, quibus omninò opus habet, ipsum utiliter ut expleat.

Officium istud solis proprium non est Junioribus, sed etiam Senioribus convenit, imò & Superioribus ac Prælati, qui ordine suo atque in certis Festivitatibus Responsoria ac lectiones in matutinis dicere debent. Episcopi, qui in suis Cathedralibus ritu pontificio chorum ducunt, ultimam lectionem decantant, veluti etiam factitant nostri Superiores, ubi in præcipuis festivitatibus in Ecclesiis nostris sacris solemniter operantur.

Illud igitur tantummodò discriminis intercedit, quod lectiones primi ac secundi, ut vocant, Nocturni à Junioribus dici debeant, illis, quæ tertii sunt, Diaconis ac Sacerdotibus reservatis. Istæ observationes faciunt, ut magni faciamus hoc officium, & sanctè elatas nobis cogitationes inspirant, illo perfectiùs ut fungamur.

*Interior spiritus in eo situs est, ut gaudeamus, esse nos electos, ut isto munere, quantumvis exiguo, divini officii splendorem ac majestatem promoveamus,*

Uc

Ut magno nobis ducamus honori, quod in sancta congregatione os aperire possimus, ut omnes nos audiant, quasi Dei nomine loquentes, atque si de quolibet lectorum diceretur illud Scripturæ sacræ: *In medio Ecclesie aperiet os ejus.* Ut à Deo petamus, in nobis ut adimpleat id quod ibidem in contextu mox subjungitur: *Et adimplebit eum Dominus spiritu sapientia & intellectus*: ut bene percipiamus atque ipsi degustemus sensum verborum illorum, quæ auribus aliorum ingerimus.

*Eccli. 15. 5.*

Ut cogitemus verba sacra, quæ per os nostrum transire habent, postquam nos purificaverint, similem vel etiam meliorem in Fratribus nostris, qui illa percipiunt, effectum habitura.

#### *Directio.*

“ Domine, lectionem in choro dicere habeo, ubi vis, in adeò gravi adeoque sancta congregatione ego ut loquar, atque alii aures mihi præbeant. Hoc munere meo dignè ad majorem tuam gloriam & communitalis ædificationem defungi desidero. Gratiã tu mihi concede, ut eã illam devotione pronunciem, ut & ipse eam præferam, atque illis, qui me audituri sunt, conciliem. Hanc etiam actionem meam, Virgo sacratissima, tuo honori devoveo.

#### *Actus interiores.*

I. Quid, Domine? linguam tu meam vis esse instrumentum, & vocem meam canalem, per

per quem sanctæ & consolationis plenæ veritates in aures & corda istius ad te laudandum congregatæ communitatis deriventur ?

2. Nunquid magnæ in Religione mihi gloriæ est, quòd supremus atque infinitè Majestatis Deus, coram quo Reges terræ univèrsi sunt quasi permodicæ formicæ, velit, ut os meum verba ipsius recitet ac pronunciet ?

*Prov. 8. 6.* 3. *Audite, quoniam de rebus magnis locuturus sum: & aperientur labia mea, ut recta prædicent.*

### CAPUT LIV.

#### *De versiculariis.*

**C**Horus in terra imago est Paradisi cœlestis; Illic Religiosi, ubi Deum collaudant, id faciunt, in cœlo agunt quod Angeli. Veluti in Paradiso cœlesti, ubi est Ecclesia triumphans, divinarum laudum exercitium eâ est ratione inter beatos illos spiritus distributum, ut ultra multitudinem, quæ chorum cœlestem constituit, sint, qui peculiariter præcinentis ac recitandis quibusdam canticis musicis, quæ ab aliis post ipsos repetantur, præficiantur; ita in choris Ecclesiæ militantis ad illorum imitationem sunt Versicularii, singulariter, veluti minores quidam Seraphini, ad speciali harmoniâ canendos in fine Hymnorum versiculos, atque in aliis Horis Responsoria, quæ totus chorus, quasi devotâ echone, repetit, destinati.

Evangelicus Vates Isaias in quadam visione vidit cœlum apertum, & celsissimam Dei Ma-

jestæ-

jestatem in Throno suo confidentem, ubi duo Seraphini voce contentâ cantabant vicissim: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloriâ ejus.* Isa. 6. 3.

Sanctus Joannes Evangelista in aliis visionibus consimilem officiorum in cælo percepit distinctionem. Aliqui enim præcinebant *Alleluja*, quasi cæteros ad Deum glorificandum excitantes, quibus isti respondebant *Alleluja*. Alii profundissimâ cum adoratione, magno cum gaudio ac de infinita illius magnitudine complacentia canebant *Amen, Alleluja. Quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens.* Apoc. 19. 6

Ad eum modum duo Versicularii, veluti duo ferventes ac devoti Choristæ, ac veluti duo inflammati Seraphini, in medio Dei laudum subinde consurgunt, in medio chori conveniunt, ac facie versûs Altare, quod divinæ Majestatis thronus est, conversâ suaviori/harmoniâ ad ipsius æternam laudem gratum quoddam canticum præcinent, quod cæteri Religiosi omnes reperere habent.

Huic muneri haud idcirco duntaxat destinantur, ut ipsi sanctum ipsius nomen exaltem, atque excellentissimæ magnitudini illius palam faciant ardentia amote ipsius exæstuandi desideria; verùm etiam, ut in aliis suaviori concentu similes affectus commoveant, & exauant. Ea etiam de causa ita fit, ut attentionem & fervorem suum redintegrent, quò sic absq; ulla remissione ac fastidio laudum ipsius exercitium continuent.

Roma-

Romanum Martyrologium ad diem quintum Aprilis meminit martyrii cujusdam junioris Choristæ in Africa, cui id felicitatis obvenit, ut interficeretur sagittâ, quæ ab aliquo infideli in ipsum in Ecclesia ejaculata jugulum ipsius transverberavit, cum in ipsa solemnitate Paschali in pulpito coram toto populo concineret *Alleluja*. Quantæ, quæso, felicitatis erat, quod absolutum atque æternum in Templo cœlesti continuatum ibat *Alleluja*, quod in Templo terrestri inchoaverat?

*Spiritus istius officii* in eo consistit, ut nos ipsos occupemus atque excitemus hujusmodi bonis cogitationibus: ut omni studio ac diligentia ad ipsum nos comparemus: ne quos forte admittamus errores, quibus Dei honor imminueretur, & in choro congregata societas illius cantandis laudibus fastidio afficeretur; ac denique ut ipso certâ quadam cum lætitiâ & corporis animique vigore defungamur.

*Directio* diversa non erit ab illa, quæ generaliter, antequam divinum cantari incipiat officium, solet præmitti: Verùm ecce

*Quadam mentis elevationes.*

1. Vellem equidem, Domine, habere attentionem ac fervorem Seraphinorum, quorum vicem in choro repræsentem.

2. Age, anima mea, sanctâ quadam cum lætitiâ agamus & cantemus: omni studio omnes observemus ceremonias, ac venustatem nobis commendatam, exemplo nostro totum ut choram ad devotionem animemus.

*Bene*

*Bene cane, frequenta canticum, ut memoria Isa. 23. 16.  
tibi sit coram Domino.*

*Cantabo Domino in vita mea : psallam Deo Ps. 103. 33.  
meo, quamdiu sum.*

*Jucundum sit ei eloquium meum : ego verò  
delectabor in Domino.* 34. *ibid.*

*Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi : Ps. 70. 23.  
& anima mea, quam redemisti.*

## CAPUT LV.

## De Cantoribus.

**O**fficium est in domo Dei perquam honorificum aliis in concinendis illius laudibus præire. Pientissimus Regum David ad istud officium tres elegit, quos in Regno suo invenire potuisset aptissimos ac devotissimos, quos aliorum Magistros constituit, 1. Paralip. 6. 25. Isti permagna pietate suâ verè Prophetæ ac Spiritu Dei afflati esse meruerunt, ut ipsi Psalmos componerent, qui inter illos centum quinquaginta, Davidis Plalterio qui continentur, eorum nominibus insignirentur, *Psalmus Asaph* & aliorum.

Optimus Galliarum Rex Robertus dignitati suæ Regiæ vel tantillū decedere minimè autumabat, quòd ipse in Ecclesiis, in quibus ipsus adesse contingeret, hoc Cantoris officio fungeretur : quin potius permagno id sibi honori ducebat, eoque plurimùm oblectabatur. Literas enim & artē cantandi adeò perfectè addidicerrat, ut verba æq; atq; notas composuerit complurium Antiphonarum, Responsoriorum ac Profarum, ut vocant, quæ usq; modo in Ecclesia

O O

decano

decantantur. Atque ubi Cathedralē, Abbatialem aut Parochialem aliquam Ecclesiam subiisset, liberè accepto superpelliceo & cappa officio Cantoris fungebatur.

Qua in re pietatem imitabatur sanctissimi Regis Davidis, qui aliquando hanc sibi laudem assumebat, ut septem Choris, quos ordinauerat, in Arcæ fœderis translatione ut concinerent, ipse præsideret. Indutus Ephod, quæ vestis erat hominum Deo consecratorum, ipse totis viribus concinebat: quantum vis Michol uxor ejus hanc esse existimaret quandam Regem, qualis ipse erat, indignam abjectionem. Ipse verò ad derisoriam, quam illa idcirco objiciebat ei exprobrationem, respondit fore, ut in Dei obsequium amplius se deprimeret, hancque dejectionem sibi semper existimaturum perquam gloriosam. *Vilior, inquit, fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis: - - gloriosior apparebo.*

2. Reg. 6.  
22.

Atque idem Rex in ultimo vitæ spiritu constitutus quoad ultima verba sua alio titulo noluit insigniri quàm præclari *Cantoris in Israël:* atque si omnium aliorum, quibus jamjam orbatus erat, oblitus fuisset, quoniam in alteram secum vitam asportare nil aliud poterat, quàm gloriam divinas laudes in perpetuum illic concinendi. *Hæc sunt verba David novissima.*  
-- *Dixit -- Egregius Psalter Israel.*

2. Reg. 23.  
2.

Cantori devoto unum faciendum atque alterum omninò cavendum. Zelo quodam bono, quo cupit divinam honorari Majestatem, præsentibus verò ad insignem excitari devotionem, ex eo, quòd rectè & ad harmoniam canat, aliquam

aliquam percipere potest voluptatem : cavere tamen debet vanitatem ac vocis suæ ostentationem.

Voluptas ex grata cantici modulatione percepta non solum innoxia, verum etiam laudabilis est, si modo omnem gloriam Deo tribuamus, ac proximi spectemus ædificationem. Ad id quoque utilis est, ut tenrationem tædii ex officio divino capiendi præveniat. Fructus & effectus est sancti fervoris, uti patebat in bono illo Religioso, quem devotus Thomas à Kempismultis laudibus prosequitur, quòd aliquando cum in Dominica Palmarum totum nocturnum ac temporis matutini officium, indeque quatuor integras horas in proluxa supplicatione, ac post in solemni sacro cantanda concinisset, magnâ cum læticia affirmaret, esse sese ad rursùm incipiendum comparatum.

Fervens Cantor omnes alios Religiosos bono exemplo suo inflamat, ac postquam in corde suo devotionis & amoris ignem excitârit, in omnibus in Ecclesia præsentibus eundem succendit : quia homo corporeus rebus sensibilibus, uti sunt Ecclesiæ graviter & harmonice concinnati concentus, permovetur.

S. Augustinus initio conversionis suæ illa ita commovebatur, ut magnam etiam vim lachrymarum profunderet. Sic enim in Confessionibus suis ait : *Reminiscor, Domine, lachrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperata fidei meæ.* Ac deinde harmonici cantus institutionem collaudans subjungit : *Et nunc ipso commoveor non cantu, sed rebus, quæ cantantur, cum liquida voce*

*& modulatione convenientissimâ cantantur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco. Lib. 10. c. 33. Ex alia verò parte illi, qui cantu suo vanam gloriâ aucuparentur, non Deum sed seipso laudarent, eaq; ratione omne actionis suæ meritum amitterent. Neq; enim vocem nostram molliter polire, sed plenè & graviter debemus effundere, veluti in nostro Rituali codice præscribitur hisce verbis: *Observabunt Cantores omnimodè, ne vocum harmonia, que ad pietatem augendam instituta est, aliquid levitatis aut lascivie præ se ferat: quo potius audientium animos à rei divine contemplatione avocet, quam inclinet. Eorum ergo sit devota, distincta & intelligibilis modulatio. Lib. 1. Rub. 13. n. 5.**

1. Cor. 14.  
11.

Perfectio itaq; Cantoris in eo sita est, ut cante non labiis duntaxat, sed & spiritu, exemplo Apostoli, qui dicebat: *Psallem spiritu, psallam & mente.* Qui enim modo veluti mortuo & absq; spiritu interiori concineret, ad summum foret instar campanæ, quæ reverà suo sonitu quem reddit, munus suum obit, at ille vitâ caret, & in aëre evanescit.

D. Augustinus fidem facit, esse complures, qui cantent voce, at corda habeant omninò muta, cum alii econtrariò ora conclusa habentes interiores affectus suos elatâ voce proloquantur: quia Dei aures ad cor hominis, quàm ad vocem multò sunt attentiores. *Quam multis, inquit, sonant voce, & corde muti sunt: & quam multi tacent labiis & clamant affectu: quia ad cor hominis aures Dei.* In Psal. 119,

Ad

Ad ordinariam pro officio divino *directio-*  
*nem* Cantor hanc addet mentis elevationem:

“ Mi Deus, omni vocis meæ contentione te lau-  
“ dare, atq; ad idem faciendum Fratres meos  
“ excitare universos omninò desidero, atque id  
“ ipsum majori, quàm unquam ab aliqua tua-  
“ rum sive in cælo, sive in terris laudatus fue-  
“ ris creaturarum, facere devotione percupe-  
“ rem. Functionem hanc meam, quam obitu-  
“ rus modò sum, eodem tibi spiritu offero at-  
“ que eodem honorandi Majestatem tuam de-  
“ siderio, quo omnes, qui tibi in hac Religione  
“ nostra ab illius origine ad hanc usq; horam  
“ extiterunt gratiores, id præstiterunt. Tu mi-  
“ hi, Domine, vel tantillam impetire portio-  
“ nem ingentis illius amoris, quo te ipsi collau-  
“ darunt, ut præsens intentio mea negligentia  
“ aut socordia meâ neutiquam depraveretur, ne-  
“ que ullâ propriâ complacentiâ aut vano re-  
“ spectu humano comaculetur. Virgo sacra-  
“ tissima, tuæ laudes sunt, quas cum laudibus  
“ Creatoris ac Filii tui Redemptoris nostri con-  
“ cinimus, hanc igitur mihi gratiam tu exora,

*Exercitatio interior.*

Satis penè superque est, si ad literam attenti,  
illam interiori affectu animemus. Exempli gra-  
tiâ :

1. Cantando *Venite exultemus* &c. ipsum  
pronunciabimus affectu simili illi, quo Author  
Psalmi exæstuabat. Omnes nimirum præsen-  
tes ad Deum collaudandum, ad gaudendum  
de ipsius magnitudine, atque ad illum nobis,  
cum adorandum, sive ob infinitam ipsius Ma-  
jestatem, sive in grati animi significationem,

582 SPIRITUS ACTIONUM

quòd nos ex nihilo condiderit ac vitam nobis dederit in nostra creatione, quòd providentiâ suâ nos etiam modò conservet, quòd per veram ac vivificam fidem Christianos, ac singulari vocationis gratiâ esse fecerit Religiosos &c. invitabimus

2. Cantando *Benedicamus Domino* ardens in cordibus nostris concipiemus desiderium divinæ Majestati reddendi ac reddendas curandi gratiarum, ob innumera ipsius beneficia, actiones.

3. *Intimando Antiphonas* in corde dicere poterimus illis, quibus eas commendamus: *Participes estote Dei laudum.* In illis vestram obite functionem. Modica verba vestra ibi proferte, ac tesseram reddite. *Qui timentis Dominum, laudate eum.*

4. *Hymnos & Psalmos inchoando* bonam nostram intentionem ac fervorem renovare poterimus intra nosmetipsos dicentes: *Deus meus est tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu & exaltabo te.*

5. Aut certè *Laudabo nomen Dei cum cantico & magnificabo eum in laude:* atque si diceremus: vellem voci meæ majorem dare ut possem amplitudinem, ut ampliori cum magnificentia Deum meum laudarem.

9. De reliquo dispositionem nostram interiorum temporibus, Dei Domini nostri illiusque sanctissimæ Matris mysteriis, diversis sanctorum Apostolorum, Martyrum, Episcoporum, Doctorum, Ordinum Religiosorum Patriarcharum, Confessorum, Virginum, præcipuorum Ordinis nostri cœlitum Patronorum no-

stro

strorum festivitatibus accommodabimus, ad quorum honorem officio nostro meliori, qua possumus ratione, defungi conitemur.

7. Tempore Adventus venerabimur mysterium Incarnationis Filii Dei, illiusque novem mensium in utero virginali sanctissimæ Matris suæ habitationis.

In festis Natalitiis ipsum in præsepio reclinatum adorabimus, & cum Angelis laudibus celebrabimus.

Deinceps usque ad festum Purificationis B. Virginis sanctissimam illius infantiam honorabimus.

In Quadragesima, quod tempus pœnitentiæ est, ipsius jejunium atque in solitudinem secessum colemus.

Tempore Passionis ipsius cantu nostro blasphemias & convicia Judæorum adversus ipsum sarcire satagemus.

In triumphalibus Resurrectionis & Ascensionis illius festivitatibus, perque earundem Octavas animis intuebimur gaudium ac magnificentiam maximam ex hujusmodi mysteriis etiamnum existentem in cœlis, quò nostra dirigemus desideria, nostras beatorum cœlitum vocibus conjungentes.

In festis & officiis sanctissimæ Dei Genitricis Matris nostræ, illius venerandæ causâ, cum omnibus sanctis viris ac mulieribus, qui majore in ipsam devotione aliàs ferebantur, nos affectu jungemus.

In festo Corporis Christi & per Octavam in rectè cantando triumphare conitemur, Dominum nostrum Jesum Christum in sacra Ho-

stia, loco eorum qui facere negligunt, atque ad Hæreticorum incredulorum confusionem, adorantes. Atque ita de aliis temporibus ac festis per anni curriculum.

*Actus interiores.*

1. Scio equidem, Domine, te, qui ex te ipso, æternum beatus es, ac gloriosus, laudibus nostris non egere. Verum nos illis opus habemus, ut in nobis excitemus spiritum devotionis, atque à nostra in tuo servitio fœcordia nos erigamus. „

2. Sine, Domine, nostræ voces ut uniantur, laudibus, quas beatæ mentes ab orbe condito tibi deferunt. Diu illæ noctuque clamare non desinunt: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, qui erat & qui venturus est.* „

3. Æquissimum sanè foret, anima mea, ut continuo nos ipsos occuparemus laudanda, cellissima Majestate illa, quam indefinenter collaudant Astra matutina, hoc est Angeli sancti, qui primæ ac nobilissimæ creaturarum existunt. Æquè etenim atque illos nos sumus premus rerum opifex creavit, nos conservat, gratiisque suis millenis modis locupletat, atque tandem ad eandem gloriam nos destinavit, ut proinde eadem, qua ipsi, ratione obstricti ei simus. At quoniam mortale corpus istud obstaculo nobis est, saltem hac hora exactè officio nostro defungamur. „

4. Gratias ago tibi, Domine, quod mihi in domo tua adeò honorificum, atque istud est, officium demandare voluisti. Insuper oro te, spiritum, fervorem & habilitatem mihi

De  
Oratione

“ mihi concede, ut illo ad majorem tuam glo-  
 “ riam defungar.

5. “ Vellem, ut vox mea satis valida ac satis  
 “ foret penetrabilis, ut usque ad ipsos cœlos,  
 “ atque usque ad extremos terræ limites audiri  
 “ possem, dum gloriæ tuæ Hymnos præcinere  
 “ incipiam.

6. “ Saltem rogo te, ut ope ac benedictio-  
 “ ne tuâ sanctâ id efficias, illos, qui me audie-  
 “ rint, ad te collaudandum ac venerandum ex-  
 “ citare ut queam.

7. “ Offero tibi hoc meum desiderium,  
 “ quod in mea impotentia atque indigentia  
 “ refugio mihi est. Accipe, Domine, in unione  
 “ illius permagni amoris, quo Sanctus, de quo  
 “ officium facimus, te laudavit, oravit ac glo-  
 “ rificavit.

8. “ Angele sancte, cujus curæ amore ple-  
 “ nissima Patris mei cœlestis providentia me  
 “ commisit, hac horâ peculiariter mihi opitu-  
 “ late, atque in officii istius executione me diri-  
 “ ge, ut omni in illo errato immunis persistam.

## CAPIT LVI.

*De Organædo.*

**I**stius administer officii in divinis officiis tan-  
 tundem solus, quantum chorus præstat uni-  
 versus.

Finis, quem organum suum pulsando sibi  
 præfigere habet, in eo est, ut reliquis inspiret de-  
 votionem, eorumque corda permoveat, atque  
 in Deum attollat. Illius enim exercitium lau-  
 dum divinarum partem constituit, ac proinde

genuinus est actus Religionis. Quantæ igitur culpæ reus foret, si abjecta de illo collaudando & præsentibus ad devotionem accendendis cogitatione, amore quodam sui ipsius organi sui duntaxat harmonico sono oblectaretur, aut aures tantummodò audientium demulcere, atque hominum existimationem aucupari satageret? Nunquid id sacrum prophanare ministerium foret?

*Spiritus actionis istius* in eo consistit, ut illam qui obit, ipse induere connitatur affectus devotionis, quam in aliis excitare contendit, atq; in ista interiore dispositione organo suo festis aut mysteriis, quæ illis repræsentantur, congruâ ratione ac modulatione personabit,

*Directio.*

Domine mi Deus, quoniam divinæ tuæ, placuit Majestati ad istud me vocare officium, quod ad majorem tuam gloriam & fidelium, qui tuis hic laudibus adsunt, spectat ædificationem, illo fungi desidero purâ te honorandi, & corda eorum, qui me audierint, ad interiores, quos tu illis tuâ gratiâ impertiri voluisti, affectus recipiendos præparandi, intentione. Aliis quibusvis respectibus & ambitionibus renuncio, per tuam propriam te gloriam obtestans, ut mentem meam ac manus meas ita dirigas, tibi ut placeam, omnes præsentibus ad pietatem ac devotionem accendam, ac sanctissimam voluntatem tuam perficiam. Virgo sacratissima, quoniam è tuæ sum Ecclesiæ administris, tuis mihi quæso precibus opitulare.

OCCH-

*Occupatio interior.*

1. "Æquum est, Domine, ut Ecclesia mili-  
 "tans, quantum quidem potest, Triumphanti  
 "se accommodet. Tu istu Sanctis in tuis divi-  
 "nitùs ipsis patefactis arcanis ostendisti, esse in  
 "Templo cœlesti admirabiles sonos veluti ci-  
 "tharis atque aliis musicis organis scitissimè  
 "canentium: *Audivi vocem de cœlo. --- Et Apoc. 14. 2*  
 "vocem quam audivi sicut citharædorum ci-  
 "tharizantium in citharis suis.

2. "A tuis, Domine, laudibus canendis nul-  
 "lo unquam nos tempore oporteret desistere:  
 "at organa vocum fatigantur, atq; eo aliquan-  
 "do usq; debilitantur, ut suo ulterius defungi  
 "non queant officio, cum organa pneumatica  
 "pulsu ac sono suo nunquam defatigentur. Ita  
 "ars opem fert naturæ succumbenti, ut laudes  
 "tuæ, quamdiu quis voluerit, producantur.

3. "Si qua laude liceret frui in hoc mundo,  
 "illam expeterem, hujus artis peritissimus ut  
 "evaderem. Illâ saltem imprimis oblectabor,  
 "ubi in domo Dei ac sanctissimæ Matris illius  
 "locum hunc obtinebo.

4. "Constituerunt de fratribus suis Can- *1. Paralip.*  
 "tores in organis Musicorum, ut resonaret in *15. 16.*  
 "excelsis sonitus lætitiæ.

## CAPUT LVII.

*De Crucifero in supplicationibus.*

SACRA exercitui assimilatur Ecclesia, *Terribi-* *Cant. 6. 9.*  
*lis ut castrorum acies ordinata.* Eam ob cau-  
 sam *militans* appellatur: quia omnes ipsius filii  
 sibi belli jure parere connituntur *Regnum Cœ-*  
 lorum,

horum, quod acquirere nemo potest, nisi sibi inferat violentiam, cum vitis dimicando, atque ea debellando, cuius certaminis victoria difficilior atque incertior est illa, quam de hostibus visibilibus quis reportat.

Officii istius admittere cogitare atque animo fingere potest, meliores ac selectiores istius spiritualis militiae copias esse Religiosos. Quilibet Ordo Religiosus in Provincias & Conventus, veluti in totidem legiones, & centurias, sive cohortes distribuitur. Superior est veluti Praefectus sive veluti Centurio, illius verè Subcenturio est Supprior, at Crucifer est Vexillarius, Primus ipse incedit, velut is, quæ cæteris omnibus officio præit.

*Directio.*

Domine Jesu, humillimas ago tibi grates, quod me elegeris, tuam sanctam crucem ut portem. Eo munere eâ devotione interiori, eaque exteriori modestiâ, quæ me decet, defungi desidero, ut tibi placeam & proximo bono exemplo præluceam. Hanc gratiam per merita sanctissimæ Matris tuæ te oro.

*Occupatio interior* consentanea erit causæ supplicationis, quin illam aliunde petere sit necesse. Si enim illa instituitur in honorem gloriosissimæ Virginis Dei genitricis lætabitur, hac illam ceremoniâ venerari quod queat. Si in honorem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, gaudebit, quòd in hoc operam suam ad augendam conferre possit solemnitatem. Quod si generalis sit urbis totius pro aliqua communi necessitate supplicatio, Jesum Christum cruci suffixum offeret æterno Patri dicens: *Protector no-*

*ster*

*ster aspice, Deus: & respice in faciem Christi Ps. 83. 10.*

*tui. Actus interiores.*

1. "Cruce tua, Domine, trophæum est tuarum de Dæmonibus ac peccato reportatarum victoriarum. Eapropter illam porto cum pompa ac magno reverentiæ affectu.

2. *Ecce crucem Domini, fugite partes adverse.*

3. "Honori haud vulgari mihi duco, quod primus in fronte sanctæ hujus progredior turmæ, in qua sunt egregii divinæ Majestatis tuæ ministri, quorum linguli eximias ad majorem tuam gloriam obeunt actiones, quiq; in victoria de seipsis reportanda constantes existunt, ut coronam promereantur immortalem.

4. "Divinus Redemptor noster ipse crucem suã portabat in tristi ac funesta Calvariæ processione, ubi primus ipse cum progredieretur cunctus eum popul<sup>9</sup> sequebatur. Agere ergo Fratres mei, ecce vobis Jesu Christi crucifixi effigie exhibeo: me subsequimini: illi<sup>9</sup> instemus vestigiis, suas linguli cruces verã mortificatione gestantes, illiusq; exemplo ad magna in Regis nostri cœlestis obsequium faciendam ac perferendam nosmetipsos accendamus.

5. "Generosum me, Domine, militiæ tuæ bellatorem constitue. Verum ac genuinum meimetipsum odium concede, ut locum quem teneo, promerear, meipsum nempe ut abnegem, & magno animo contra perversas inclinationes meas incedam.

6. "Quoniam isto in officio primus omnium in conspectu præsentium, qui intuentur nos, pro-

pro-

procedo, uti debeo, ita volo præ omnibus  
Religiosorem atque insigniorem præferre,  
modestiam. ,,

## CAPUT LIIX.

*De Altaris ministeriis.*

**I**ndustriâ ac puritate nobis Angelicâ opus  
foret, ut dignè sacri Altaris occupari posse-  
mus ministeriis. Sanctorum præcipui illa haud  
absque magno susceperem tremore, quanta ergo  
cum devotione, quantâ que nos obire illa reve-  
rentiâ oporteret? Satius est, cujusque conside-  
rationis id permittere, quàm demissius de eo dis-  
serere.

*Directio pro sacri ministerio.*

Domine Deus infinitæ Majestatis, perma-  
gnâ tuâ me vocas bonitate, ut divino mini-  
sterium exhibeam sacrificio, in quo Salvator  
meus, Filius tuus, denuò ex amore se tibi im-  
molabit. Exiguum hocce ministerium meum  
habere digneris acceptum, ac sinere, ut ipsi  
me uniendo tibi quoque omninò me sacrifi-  
cem. In istius immensum in modum pretiosi  
sacrificiî virtute, gratias mihi præ reliquis ne-  
cessarias, ac speciatim, ut intimo animi sensu  
orationis studiosior Religiosus existam, im-  
pertire. Fac, Domine, in ista actione eâ devo-  
tione, attentione ac modestiâ ut me geram,  
quam tantum, omninoq; ineffabile meretur  
mysterium. Virgo sacratissima, quæ cruento  
Crucis sacrificio præsens astitisti, tuq; glorio-  
sissime cœli civis, in cujus venerationem offi-  
cium hodie divinum peragimus, vestris, oro,  
mihi precibus opem ferre, istam mihi gratiam  
ut obrineatis. ,,

*De  
Orat. 2. 171.*

Ut actionem istam eo devotionis ac pietatis spiritu ac sensu, quo ab homine fieri potest mortali, obeamus, opus est quàm maximè reverenti attentione, non solùm ad ipsum mysterium, verùm etiam ad ceremonias, ut illas convenienti cum venustate atque ea, si fieri queat, servemus ratione, qua faceret Angelus, si corpus haberet,

S. Chryostomus lib. 6, de Sacerd. c. 4. fidem facit, beatos illos cœli Angelos catervatim, dum sacratissimum peragitur sacrificium, circum sacrum Altare circumstare. Sacri ergo minister animadvertat oportet, se esse in medio eorum, ideoque devotione quoq; ac modestiâ sibi opus esse Angelicâ. Etenim si tantoperè veneramur stabulum Bethlemiticum, montem Calvariæ, sanctum sepulchrum Dominicum, aliâque loca sacra, in quibus vel semel moratus fuit Dominus ac Salvator noster, qua gravitate, quaque reverentiâ assistere debemus sacro Altari, in quo pretiosissimum corpus ipsius reverà quotidie immolatur?

Eadem directio eademque considerationes usui erunt Acolythis sacris solemnibus ordinariis, in quibus Thus non adoletur, ministrantibus.

*Pro Tburiferario.*

*Directio.*

“ Confiteor equidem, mi Deus, haud esse  
 “ me dignum, ut tuo ministrem Altari, ad quod  
 “ nemini accessus esse debere videtur permis-  
 “ sus, nisi illis, qui tuam inviolatam conservâ-  
 “ runt innocentiam, quiq; tui imprimis amore  
 exaltu-

exaestuant. At quoniam permittere non de-  
dignaris, ut & ego ministerio nunc Angelico,  
defungar, portans tibi incensum offerendum,  
oro te, ut cor meum purifices, mihiq; devo-  
tionis gratiam impartiaris, ut eo sensu animi  
interiore, eaq; exteriori ratione illud obeam,  
ut tibi complaceam & praesentes aedificem.  
Hanc mihi & tu gratiam obtine sacratissima,  
Virgo Maria.,,

Quantumvis istius administer officii totus  
esse debeat intentus, ut singulas ceremonias ritè  
perficiat, connitendum nihilominus est illi, ut  
& cor attollat interiùs considerando: 1. Quod  
in terris eo ipse fungatur officio, quo sanctus  
Joannes Evangelista Angelorum primos fun-  
gentes vidit in caelis. Idem Deus est, qui ab An-  
gelis in caelis, & à nobis hominibus adoratur  
in Ecclesiis. Eapropter dum obit munus suum  
in seipso efformare connititur cor omninò ce-  
leste. *Alius Angelus venit, & stetit ante Al-  
tare Dei habens thuribulum aureum: & data  
sunt illi incensa multa. -- Et ascendit fumus  
incensorum -- de manu Angeli coram Deo.*

*Apoc. 8.  
3.4.*

2. Magno praeterea sibi ducit honori, quod  
non solum portet ac Sacerdoti ministret thuri-  
bulum, ut Altare suffitu suo perfundat, verum  
etiam ipse Salvatorem ac Dominum nostrum  
in Hostia sacratissima praesentem in Elevationi-  
bus sub sacro, in supplicationibus, in quibus  
sanctissimum hoc Sacramentum circumgelta-  
tur, atque cum Sacerdos illo in manus sumpto  
populo benedicit eodem thuris suffimento ve-  
neratur.

3. Ubi sacrorum officiorum Administris,  
aliis

aliisq; in Choro præsentibus reverentiæ causâ  
 thus adhibet; corda eorum divini istius odoris  
 suavitate ad Deum attollere conatur, veluti sus-  
 fitum istum divina Scriptura *Thymiana sua-  
 vissimum & odorem divinum* appellat. Odor  
 enim thuris omninò sanctus est, quòd propriû  
 sicut corda eorum, qui ipsum percipiunt, per-  
 quam suaviter ad devotionem componere.

4. Incedendo per Ecclesiam, vel ad alia of-  
 fici sui munia obeunda se conferendo gravem  
 & Angelicâ servare studet modestiam, id men-  
 te ruminando, divinus quod Apostolus ait: in  
 huiusmodi divinis functionibus non hominum  
 duntaxat, sed & ipsorum obtutibus expositos  
 nos esse Angelorum. *Spēctaculum facti sumus*  
*mundo & Angelis & hominibus.* S. Ambro-  
 sius finire volebat, ut quidam Clericus Eccle-  
 siæ suæ coram ipso ullum sacrum munus obi-  
 ret, quoniam ipsius prompto, subalpero atque  
 incomposito gressu offensus fuisset. *Quia, in-  
 quiebat, velut quodam insolentis incessus ver-  
 bere oculos feriret meos.* l. 1. de offic. c. 18.

i. Cor. 4. 9

### De Ceroferariis.

Ipso nomine ipsorum exprimitur officium,  
 quod est accendendi cereos in Altari, eosque  
 etiam accensos in candelabris deferendi per o-  
 mnia loca illa, per quæ deferri ordinat Rituale:

### Directio.

“ Domine Deus, quoniam vis & jubes, ut ce-  
 “ reum accensum deferā ad sacrum Altare tuū  
 “ atque ad alia festivitatis illius officia, oro te,  
 “ hanc mihi ut gratiam concedas, ut ea officio

P p

hos

hoc fungar reverentia, quæ tuæ debetur Ma-  
 jestati, coram qua comparandum est mihi, il-  
 lamque quoq; servem modestiam, quæ con-  
 venit ineffabili dignitati sacrificii sacratissimi  
 corporis & sanguinis filii tui Domini nostri,  
 atq; aliorum Ecclesiæ officiorum sanctitati,  
 Operam eò conferre meam desidero, ut fe-  
 stum istud congruentissimâ celebretur cum  
 solemnitate. Fac, obsecro, ipse ut interiùs to-  
 tus in lumen evadam, ac vita mea ut exteriùs  
 bonis exemplis reluceat, quo ita hoc munere  
 meo indignè ne defungar Hoc oro te per me-  
 rita Domini nostri Jesu Christi, & per inter-  
 cessionem sanctissimæ Matris illius, nec non  
 Sancti illius, cujus hodie festum diem pera-  
 ginus. ,,

*Interior ipsorum dispositio eximiè exprimitur  
 verbis exhortatoriis ab Episcopo in ordinatio-  
 ne Acolythorum, quorum imprimis est istud  
 obire officium, prolatis, quorum hic aliqua ad-  
 ducemus, quæ aspirationum argumenta suppe-  
 ditent.*

1. *Studete, filii charissimi, susceptum officium  
 dignè implere; Non enim Deo placere poterit-  
 is, si lucem Deo manibus preferentes operibus  
 tenebrarum inserviatis.*

2. *Abjiciatis opera tenebrarum, & indua-  
 mini arma lucis. Eratis enim aliquando tene-  
 bra, nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis  
 ambulate.*

3. *Quæ sit verò ista lux, quam tantoperè in-  
 culcat Apostolus, ipse demonstrat subdens: fru-  
 ctus enim lucis est in omni bonitate, & justitia,  
 & veritate,*

4. *Estote*

4. *Estote igitur solliciti, ut & vos, & alios,  
& Dei Ecclesiam illuminetis.*

5. Deinde in quadam oratione idem Episcopus ita precatur: *Lumen visibile manibus preferentes, lun e quoq; spirituale moribus præbeant adjuvante Domino nostro Jesu Christo.*

6. Et in alia: *Sanctis Altaribus tuis fideliter subministrent. Accende, o Domine, mentes eorum & corda ad amorem gratie tue, ut illuminati vultu splendoris tui fideliter tibi in sancta Ecclesia deserviant.*

*De eo, qui in majoribus supplicationibus portat aquam benedictam.*

Primus omnium procedit aquâ hujusmodi sanctâ loca, per quæ transit supplicatio, ternis quibusque passibus aspergens. Pars ea est functionum Exorcistæ, qui unus est e quatuor minoribus in Ecclesia Ordinibus. Illum subsequitur Thuriferarius eadem loca thuris suffitu fumigans, quasi ambo loca illa præpararent, benedicerent, sanctificarent ac suavissimo odore perfunderent. Imitari id est divinum Salvatoris nostri Præcursores, qui viam illi præparabat, juxta id quod vaticinatum de illo fuit: *Et tu, puer, Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.*

Luce 1.76

## CAPUT LIX.

### *De Junioribus Professis.*

**N**ullo unquam fermè tempore visum fuit, Novitium relaxatum ac tepidiorem à sua Professione evasisse ferventiorum. Quin potiùs e contrariò nimio (eheu!) frequentius est videre

dere Novitios ferventes ac recollectos, qui à sua Professione de disciplina Religiosa atque collectione plurimum remittant. Nostra jam tum ætate contingit, quod circa mundi finem eventurum Salvator noster prædixit, ubi ait: *Refrigescet charitas multorum.* Verùm enim verò illic etiam mox nobis commendat in bono constantiam, ubi solam illam esse affirmat, cui corona debeat immortalitatis. *Qui autem perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.* Junior sanè Religiosus plurimum ab illa abest in finem usque perseverantia, qui jam tum ab initio de suo fervore ac Religiosa disciplina haud parùm remittit.

*Matt. 24.*  
12.

In quibusdam hujusmodi remissioni causam præbet naturæ ipsius fastidium, quæ mortificationem ut subterfugiat & futili exultatione conscientia assentetur, falsis se obtentibus tegit. In aliis verò efficit perversum eorum, qui disciplina solutioris jam sunt, exemplum, cui humano quodam respectu, ut ipsis ne disliceant, aut eorum irrisioni se exponant, conformare se student. Atq; in aliis etiam solutionem hanc pariunt perversa ac perniciofa placita seu effata, quæ audiunt omninò contraria illis, quibus fuerant in Novitiatu imbuti.

Næ isti vitæ ac disciplina jam solutioris Religiosi perversorum hujusmodi effatorum disseminatores sunt æquè è falsis Prophetis, à quibus cavendum nobis monet cœlestis Magister noster, atque erunt Antichristiani illi, qui in fine mundi apparebunt, quia illi æquè atque isti loquuntur & agunt contra Evangelicas veritates, atque animas in interitum præcipi-

cupientes agunt, *Multi Pseudo-Prophetae surgent ibid. & seducent multos.*

Hujusmodi homines nunquam defuere in Religiosis Ordinibus, ac veluti Ecclesia, quantumvis sancta atque immaculata Christi Jesu sponsa, semper in sinu suo habuit perverfos Christianos, qui verbis Jesum Christum confitentes operibus negaverunt: ita Religiosi Ordines, quantumvis Sancti, immunes haud sunt ab imperfectis Religiosis, qui moribus suis professionis sanctitati plurimum derogarent. Inter perverfos Christianos reperire est Hæreticos, qui ad dissolutam vitam suam suos quoque addiderunt errores. Ita inter imperfectos Religiosos reperire est, qui ad sensualem atque effrenatam vitam suam adjiciunt perversa dogmata ac effata, quibus simplices atque innocentes corrumpant animos Juniorum, nisi hi præmuniuntur ac studiosius sibi omninò invigilent. Id quod facit, ut sicut in mundo intemperans quidvis agendi licentia, hæresisque à majoribus ad posteros derivata traditione continuatur: ita plerumque in Religiosis Ordinibus sint aliqui solutioris disciplinæ, qui quandam sectam constituunt, atque tam exemplis quàm verbis virtutum claustralium, austeritatis, vitæ interioris, sui metipsum contemptus, simplicitatis aliarumque, quas ipsi in Novitiatu exercuerunt, & per Professionem amplexati fuerunt, meritum extenuent aut enervent. At verò sicuti sanctus Apostolus ait: oportere esse in Ecclesia hæreses, ut fides probetur Electorum: ita dicendum quoque à Deo permitti in Religione esse sectam immortificatorum,

ut probetur eorum fidelitas, pro Deo ac Regula stare qui constituerunt.

Divo Augustino alia Hæreticorum suarum à via veritatis aberrationis convincendorum methodus non erat, nisi ipsos ut remitteret ad Catechesin illis expositam, etiamnum Catechumeni cum essent, atque ad fidei professionem, quam in suo in Ecclesia Catholica fecissent baptismo. Ad eundem quoque modum Religiosus facillimè convincetur relaxationis, ubi illis, quæ in Novitiatu doctus fuerit, atque in Professione observanda promiserit contraria fecerit vel fuerit prolocutus.

Verùm nunquid mirum atque ab omni alienum ratione est, quod cum Novitii etiamnum, adeoque ad consecrandam haudquaquam obstricti perfectionem, ad illam cursu celeri contenderemus, omnesque illius consequendæ rationes adhiberemus, ad illam jam voto obstricti ab illa retrocedamus, aut saltem de studio ipsius haud parùm remittamus?

Confusio & corruptela ea est, contra quam junior præmuniatur ut Religiosus est necesse, ut in illam ne prolabatur, atque ita in pluribus vitæ Patrum locis legimus à Senioribus moneri consuevisse Juniores, ut in sui in Religionem ingressus fervore & affectibus ita constantes perlisterent, ut illius quotidie meminissent, & quamvis diem illius esse priorem sibi persuasum haberent. *Talis, cui libet inquietant, esto usque ad mortem, qualis hac prima die existis:* atque si illis dixissent: Eandem servate animi docilitatem, eandem obedientiam & cordis simplicitatem, idem vosmetipsos mortificandi desi-

De  
Oratione

desiderium, eandem in rebus etiam minimis ac-  
 curationem, eandem in officio divino reveren-  
 tiam, atque in oratione devotionem. Peccata  
 venialia minori studio, quàm probi sæculares  
 mortalia, declinare ne satagatis; vel levissimas  
 Regulæ, Constitutionum, Ceremonialis, Direc-  
 torii aliarumque sanctorum consuetudinum  
 transgressiones ita cavete, uti ferventiores fide-  
 lioresque Religiosi quasvis voluntariè adver-  
 sùs Deum noxas admittere verentur. Perutile  
 igitur erit Junioribus Professis hic reperire  
 compendiosam instructionem potissimarum se-  
 conservandi rationum, ut à bonis conceptis  
 propositis nunquam abstrahantur. Invenire  
 nonnullos est, qui mox à solemnibus votorum nun-  
 cupatione relaxari incipiunt, haud secus atq, re-  
 cens constructæ ædes, quæ mox ædificatæ ubi  
 fuerint, sensim ruinam minitari incipiunt. Alii  
 aliquamdiu rectè agere pergunt, at postmodum  
 à vocationis gratiæ debita fidelitate deficiunt.  
 Hi & illi paulatim affectiones suas bonas amit-  
 tunt, atque in statum infelicem labuntur, quem  
 D. Apostolus Paulus improperebat primis Ga-  
 latæ Christianis, ubi ait: *Sic stulti estis, ut cum* Gal. 3. 3.  
*spiritu cœperitis nunc carne consummemini.*

Satis frequenter usu venit, ut isti sensim sine  
 sensu à probis ac virtutis studiosioribus Fratri-  
 bus suis segregentur, quin ipsi satis advertant,  
 quantum vis ceteri, qui eorum agendi rationes  
 observant, ipsum satis superque deprehendant,  
 eò quòd minori jam studio pristinam profe-  
 quantur solitudinem, liberiùs prodeant, ut vi-  
 deant alios atque ab his videantur, familiariùs  
 agere incipiant cum Senioribus, à quibus cha-

riores haberi, laudari, ac blanditiis deliniri im-  
 primis amant, munuscula ab illis recipiant, prie-  
 stinã abjectã simplicitate quærant singularita-  
 tem, ac studio puerili cupiant pulchrum è cin-  
 gulo habere suspensum Rosarium, pulchram  
 Crucem, aluta Asiatica contextum egregieque  
 concinnatum Breviarium, aliaque minutiora  
 suppellectilia, imagines, similesque res futiles,  
 de quibus cogitare deberent id quod Sanctus  
 quidam ætatis hujus nostræ dictitare amabat:  
*Ad nihilum valent, nisi ut mittantur foras.*  
 Falsam sequuntur sensuum libertatem ac men-  
 tis dissipationem, quæ geminæ quibusvis animæ  
 malis patentissimæ portæ sunt. Conscientiam in  
 rebus minoribus tenerioris porro ampliùs non  
 sunt. Modestiam namque regulas & exiguas  
 Chori ceremonias negligunt, letantur, ubi  
 occasiones aut prætextus à divino officio aliis-  
 que communibus sese subducendi actionibus  
 inveniunt. Opera difficilia ac molesta ab obe-  
 dientia injuncta sæpè sæpiùs declinare con-  
 tuntur, aut illa si admittant, eã de causa id mi-  
 nimè faciunt, ut sese mortificent, quin potius  
 ut isto sub obtentu subterfugiant exercitia spi-  
 ritualia, corporalibus longè molestiora atque  
 ingratora. Denique in sua immortificatione ac  
 relaxatione auctoritatem quasi ut habeant, af-  
 fectu conjunguntur, seseque conformant illis,  
 earum ipsis exemplo qui præeunt.

Hanc eorum deerrationem ut præveniamus,  
 aliqua hic illis saluberrima monita ac docu-  
 menta suggeremus, è quibus intelligere queant,  
 quid facere, quidque oporteat cavere, ut san-  
 ctam perseverantiam obtineant.

## CAPUT LX.

*Quanam Juniores Professi cavere  
debeant ac vitare.*

**E**A potissimum ista sunt : 1. Ut primos vo-  
cationis suæ affectus ac fervores extingui  
vel etiam intepescere ne sinant. 2. Ne in exte-  
rioribus occupationibus dissipentur aut illas  
studiolius aucupentur. 3. Ne qua in re pro-  
prium sequi voluntatem connitantur, aut ali-  
quid sollicitius desiderent. 4. Ut particulares  
amicitias. 5. Vanam curiositatem atque in ex-  
teriora effusionem declinent. 6. Ne familiarius  
utantur Senioribus. 7. Ne ex respectu huma-  
no aut aliam ob causam sequantur exemplum  
eorum, quæ jam tum remissius agunt. 8. Ne se-  
duci se sinant quibusdam effatis aut axiomatib<sup>9</sup>  
perfectiõni contrariis, quæ subinde fortasse  
percipere potuerint. 9. Ut fallum & amarum  
zelum ac judicia temeraria devitent.

*I. Ut vocationis suæ existimationem, affectus  
ac fervorem extingui aut intepescere  
ne sinant.*

**G**Ratia vocationis Junioribus Novitiis sen-  
sibilem quandam in cunctis Religionis ex-  
ercitiis consolationem ingenerat. Ad illa ergo  
singulati cum fervore sponte ipsi feruntur, cun-  
ctis ædificantur, Religionem tanti esse existi-  
mant, ut in eâ quod existant, in Paradiso se de-  
gere sibi persuadeant. Deum toto corde col-  
laudant, ad adeò sanctum illos quod statum  
vocaverit. Hoc unum in votis est illis, ad

P p s pro,

professionem ut perveniant, nihilque jam aliud verentur, quàm ab illa ne repellantur.

Hanc porò in illis voluptatem haud paràm promovet ipsa novitas. Ceterorum fervor Novitiorum, crebræ cohortationes spirituales, humanus Patris Magistri aliorumque Superiorum ipsorum respectus unà cum metu, ne repulsam passi in mundum remittantur, eò illos adigunt, ne segniter ac molli brachio exercitia sua peragant. At quoniam Professi Religiosis exercitiis jam tum assueverunt, ipse usus in illis existimationem ac gustum imminuit. Et quoniam adeò crebræ porò ad illos non habentur exhortationes, neque fortassis Fratrum ipsorum fervor ita ampliùs æstuat, & quoniam immunes jam sunt metu, quo tenebãtur in Novitiatu, negligentius agere incipiunt, gratiam vocationis suæ, uti deberent, non colunt, neque, uti cœperunt, porò perseverant.

Falleretur omninò, qui censeret vocationem Religiosam in eo sitam esse, quod quis in cœnobii admittus vestem Religiosam ad mortem usque gestet, minimè enim omnium in eo consistit, quin potiùs in motu quodam interiore ac sensuum & affectuum quorundam supernaturalium à Deo inspirata impressione, quos ubi refrigescere aut extinguì quis siverit, in ipsa quoq; vocatione Religiosa defervescit, aut etiam illam omninò amittit, quin propterea infami Apostasia Religionem ipsam derelinquat.

In aliquibus hujusmodi interiores Dei illos vocantis impulsus ac sensus sunt timoris, in aliis verò amoris ipsius. Quidam enim permoti fuerunt valido quodam æternitatis timore, veriti, ne  
inter

De  
Oratio.

inter medios hujus sæculi scopulos interirent. Alii totos divinæ Majestati devovere & consecrare se constituerunt. Ille verò, qui falsa quadam suæ præsumptione salutis divinorum judiciorum metum omnem abiecit, aut qui spiritus fervorem ac suæ Majestati in cunctis placendi studium defervescente sinit ac remittere, non nisi perquam debiliter vocationis suę sententiam afficitur. Quid porro inde sperandum? Etenim suo vitio amisit illicium, quod potentissimum medium erat, quod ei clementissimè ac misericordissimè dederat Deus, ad finem suum, qui alius non est, quam æternæ salutis, quo perveniret. Medium ergò cum perdidit, nunquid manifestum quoque finis amittendi discrimen adivit?

Ex infelicibus initiis istis nascitur minor conditionis Religiosæ existimatio, in rebus ad pietatem pertinentibus torpor & languor, atq; exercitiorum interiorum fastidium. Hac ergo ratione anni integri ac fortassis totius vitæ curriculum in isto fastidio, aut saltem qua nescio circa res spirituales indifferentia transigitur. Inde contrahitur usus & consuetudo, quam nonnulli ne in ipsa quidem extrema vitæ hora relinquunt, sed veluti vixerunt, ita & moriuntur, judicantur ac fortassis æternis gehennę tormentis addicuntur, juxta vulgatum atque usu ipso probatum istud axioma Sanctorum: *Tales vivimus, tales morimur, tales & judicamur.*

Permagna ac perquam terribilis punitio ista est, qua Deus etiam in hac ipsa vita gratiarum suarum subtractione Religiosorum in primis sensibus & exercitiis vocationis suæ remissionē casti-

castigat. Sanctus Paulus in Epistola sua ad Hebræos cap. 6. illam nobis interminatur, ubi ait, impossibile, id est, uti passim Doctores exponunt, difficillimum esse, ut illi, eò infelicitatis prolapsi qui fuerint, resurgant. *Impossibile est enim, inquit, eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt Spiritus sancti &c. & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.*

Heb. 6.4.  
6.

Tantæ ergò ut obviam eatur infelicitati, Junioriores Professi in corde suo permagnam vocationis suę existimationem conservare conntentur. Nunquam oblivioni tradent ingentem misericordiam illam, quam Deus ip̄s exhibuit, ubi è mundo illos eduxit, uti nec permagnam Religionis caritatem, qua illos, quantum vis indignos, in sinum suum recepit. Quin potius identidem ingeminabunt cum sancta Matre Theresia: *Misericordias Domini in æternum cantabo.*

Sæpiùs etiam expendent illa Salvatoris ac divini Præceptoris nostri verba: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei.* Atque si diceret, illum, qui in cœpto Dei servitio quidquam remittit, Dei regno semetipsum indignum constituere. Ab illo porrò exclusus quò quæso deveniet?

Adhæc considerabunt, Deum multò amplius offendi Religiosorum post incomparabile atque inæstimabile vocationis beneficium ingratitude, quàm effrenatâ quidvis agendi licentiâ complurium sæcularium, quibus tot gratias neutiquam impertivit, veluti S. Petrus Apostolus in secundæ Epistolæ capite secundo  
fidem

DE JUNIORIBUS PROFESSIS, 609

fidem facit, ubi ait: *Si enim refugientes coin-*  
*quinationes mundi -- his rursus implicati su-*  
*perantur, facta sunt eis posteriora deteriora prio-*  
*ribus. Melius enim erat illis, non cognoscere*  
*viam Justitiae, quam post agnitionem retror-*  
*sam converti ab eo, quod illis traditum est, san-*  
*cto mandato.*

2. Pet. 2.  
20. 21.

Ac veluti Salvator noster ait fore, ut Judæi,  
 qui suis proficere prædicationibus volebant,  
 multò atrocius æternis puniantur suppliciis in  
 die Judicii Idololatri habitantibus in urbibus  
 Tyri & Sidonis, quibus eadem gratia concessa  
 minimè fuerat: ita omninò dicendum est de  
 Religiosis ingratis, qui permagnam ac perquam  
 pretiosam vocationis suæ gratiam excolere ne-  
 gligunt. Quin & mellifluus Doctor S. Bernar-  
 dus animadvertit, faciliùs esse reperire sæcula-  
 res perditos ac dissolutos, qui ad frugem melio-  
 rem se recipiant, quàm tepidos Religiosos, qui  
 ad pristinum fervorem reducantur, quoniam  
 Deus istos dereliquit. *Considera opera Dei,* *Eccle. 7.*  
*quod nemo possit corripere, quem ille despexe-*  
*rit.* 14.

Consequenter ad istas veritates ritè expen-  
 sas servare semper se connitentur in sancto ti-  
 more Judiciorum Dei ac futuræ æternitatis, ne  
 in falsa fortè professionis suæ compendiorum  
 agnitione peteant, quin dignè satis opera ipsa  
 exequantur, documentum ac monitum istud  
 est, quod cuilibet sigillatim suggerit Spiritus  
 sanctus, ubi ait: *Si non in timore Dei tenueris* *Eccle. 27.*  
*te instanter, citò subvertetur domus tua, id est*  
*domus interior conscientiae tuæ.*

Cardi-

Cardinalis Bellarminus ad Societatem Jesu appellatus fuit impressione veritatis illius, esse aternitatem, quæ ipsum in vita sine expectaret, ut aternum aut infelix in inferno aut beatus esset in cælo. Hanc cogitationem adeo exactè conservabat atque excolebat, ut illam usque ad mortem præsentem semper haberet, atq; identidem intra semetipsum diceret: Ecquanam quæso ratione vel in re minima curam mei deponerem, qui tanti momenti negotio destineor, ut de nullo alio agatur, quam de æterna mea sive salute, sive damnatione? Nunquid ea in re nimium cavere mihi possem? Nihil omninò hic queo remittere, quin cuncta in discrimen adducam. Hac ratione vir apprimè Religiosus ac raræ sanctitatis evasit.

Illius exemplo juniores Religiosi, quibus cordi est, in virtute ut persistant, conservant ac magna solitudine excolunt primos Dei affectus & illicia, in quibus consistere diximus gratiam vocationis ipsorum. In minimis etiam exactissimi sunt; quin quippiam negligent. Conscientiæ illustrationibus fideles se constituunt, id quod Sancti *custodire conscientiam* vocabant, veluti oppositum *conculcare conscientiam* esse dicebant: ut proinde sicut ille relaxatur, excæcatur atque interiùs obdurescit, qui conscientiæ luminibus contravenire consueverit, ille econtrariò in officio se contineat, ac magis magisque in conscientia sua tenerescat, qui fidelibus luminibus ipsius obsecundat. Quoad in minimis fidelis extiterit, certo certius in majoribus neququam relaxabitur, at qui in minimis remittit, certissimè in

majoribus relaxabitur juxta id quod ait divinus Magister noster : *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.* Luc. 16.  
10.

Junior Professus ad repelcendum aut segnius agendum sollicitatus sibi met inferet violentiam. I. Mox recurrendo ad propositum & intentionem, quam habebat, ubi statum Religiosum amplexatus fuit, sequendo consilium devotissimi Thomæ à Kempis, qui ait : *Cogita frequenter ad quid venisti & cur seculum reliquisti? Nonne ut Deo viveres & spiritualis homo fieres?*

II. Dicit intra semetipsum : Quænam, obsecro, ratio me impulit, ut mundo relicto austeram Religionis vitam amplecterer? Utrique quia Deus mihi multum videbatur amabilis; aut quia haud minus videbatur formidabilis. Atqui modò minus amabilis aut formidabilis non est, tum quàm fuerit, neque enim ipse mutatur : eandem igitur & nunc ei debeo fidelitatem, neque minus in meis immutabilem esse me propositis oportet, quàm sit ipse in suis amplitudinibus.

III. Etiam dicit : Quid est quod initio Religiosæ vitæ meæ mihi cuncta perquam facilia reddebat? Nunquid ingens æternæ salutis consequendæ desiderium, atque Inferni suppliciorum formido? ignium infernalium horror? pretium animæ meæ immortalis ac Dei imagine insignitæ inæstimabile? Æterna verò salus mea modò momenti minoris non est, quam tunc temporis fuerit : & quoad hujus vitæ spiritum duco, vereri me oportet, ne fortè  
suas

suas gratias Deus mihi subtrahat. Ignis sempiterni haud minus modò quàm antea formidabiles sunt, neque anima minus pretiosa, nec non & obligationes eadem mihi sunt: haud igitur minus esse fidelis ut conntar est necesse.

IV. Euge, anima mea, quid foret, si nobis subeundum martyrium esset, quando in rebus perquam facilibus tantam reperimus molestiam ac difficultatem? Quid foret, si ob oculos nobis obversarentur ignes accensi, ut illis etiam vivi exureremur, aut famelici leones ad nos devorandos comparati, aut oleo bullienti vel plumbo liquefacto plena sartago, ut in illam demergeremur? Sanè me longè digniores excusatione viderentur illi Apostatae, si tantorum metu suppliciorum ac mortis ipsius à Deo ac fide deficerent; cùm ego tentationi succumberem, quin ab alio Tyranno quàm à mea effrenata quidvis agendi licentia aut ignavia sollicitater, & quin aliæ mihi minæ intarentur, præter quem nescio vanum timorem, ac levem & transitorium laborem. En ut virtutis ac salutis suæ amantiores recens professi sentus excolunt & affectus suæ vocationis & sequuntur consilium divini Apostoli dicentis: *Spiritum nolite extinguere.*

*1 Thessal.  
5. 19.*

II. *Ut occupationibus exterioribus ne dissipentur neq; etiam illas studiosius aucupentur.*

**P**ERquam facillè Novitiis est conservare spiritum devotionis, quoniã negotiis exterioribus non

non implicantur, quæ interiorē animi con-  
turbare queant devotionem. At Professi Mo-  
nasterii officiis occupantur, & quandoque  
etiam Patribus in urbem egressuris loci as-  
signantur. Hæc nisi sibi caveant, natura qua-  
dam inde afficitur voluptate, atque ita dissi-  
pantur, ac præsentiam Dei ubi amiserint,  
omnis quoque devotionis gustum amittunt.  
In lectionem porro spiritualem eo, quo prius,  
studio non incumbunt, examini Conscientiæ  
horis ad id designatis non vacant, neque ora-  
tionem sarcine mentalem connituntur, ubi illi  
unà cum communitate vacare non potuerint,  
pro illa materiam præparare negligunt, quæ  
causa est, cur in ipsa plurimum distrahantur,  
ac fructum ex illa perexiguum reportent. Et  
verò qui fieri posset ad malo in occasionibus  
resistendum ac virtutes exercendas debiliores  
ut non essent, ubi interioribus exercitiis, quan-  
tum par est, sustentare se non conantur?

E manifestissimis Junioris Professi a recto  
cursu & officio suo avocationis indicium est,  
ubi operosi anxique studii oblectatur nego-  
tiis, ubi foris apparere gaudet, ubi illic dissi-  
pat, idque quærunt, neque eo, quo prius, cellæ  
sue amore aut citius ad vitæ regulatis exerci-  
tia redeundi studio ac zelo afficitur.

Sui conservandi desiderio quicumque ex-  
arserint, nunquam hujusmodi occupationes  
sibi procurant. Illas è sola duntaxat obedi-  
entia suscipiunt. Quod si illas eis ipsa injungit,  
sollicitè legunt ea, quæ de illis in præmissis  
continentur Directorio, illas exactè atque in  
spiritu devotionis ut possint perficere. Ibi

610 DE JUNIORIBUS PROFESSIS.

bono student esse exemplo omnibus illis, ipsos quotquot viderint, specialius servant silentium ac modestam gravitatem, quæ exterioribus virtutes Deo & hominibus acceptiores in junioribus Religiosis esse omninò dignoscuntur.

Interea per id temporis frequentioribus aspirationibus, ampliori cura ac studio sese continendi in præsentia Dei, & assidua sanctorum cogitationum conversatione animabus suis duplicatam annonam suppeditant, veluti corpus duplicatis nutrire solemus cibariis, ubi majori solito labore gravatur.

Fideles sunt in recitando devotè officio divino consueto horis ad id designatis, quin nocturnum in multam diem, aut antemeridianum in vesperum differant.

Neque minùs orationem facere mentalem connituntur, ubi tempore præscripto illi vacare non quiverint, quàm mentem adire secundam, ubi primæ adesse non potuerint; Denique occupationes exteriores illis usui non sunt, nisi ut virtus eorum, utpote melius probata, amplius consolidetur.

III. *Ne quid pro suo arbitrato designent aut sollicitius desiderent.*

**A**lter junioribus Professis hic scopulus est, si in rebus à superiorum nutu pendentibus ipsi aliquid pro suo arbitrato designent, ac mentes suas implicent supervacaneis atque æquò sollicitioribus desideriis, quæ ipsos ab attentione ad Deum, & cogitationibus de suo spirituali profectu abducunt.

Aliqui

DE JUNIORIBUS PROFESSIS. 611

Aliqui mox ab emissa professione tædium capere incipiunt ex eo, quod porro remanere compellantur in Domicilio Novitiorum, cum aliò migrare mallent, fore sperantes, ut illic majori potirentur libertate.

Alii qua nescio vanitate honorificentioribus Altaris aut Chori officiis in majoribus festiuitatibus defungi desiderant, invidia quadam stimulari ad versus illos, quibus illa injunguntur, existimantes, atque etiam aliquando dicentes futurum fuisse, illis ipsi ut melius fungerentur.

Alii econtrariò demandatorum fastidio officiorum correpti quibusvis viis ab illis sese connituntur eximere.

Alii suo confisi ingenio studiis applicari quamprimum percipiunt.

Inter ipsos studentes sunt, qui sollicitiùs ad factos ordines, cum ætas illis sit sufficiens, promoveri desiderant.

Alij quadam ambitione præ Fratribus suis ad publicos scholæ actus obeundos præligi cupiunt.

Alii licentiam libertatemque sibi sumunt quædam Regulæ aut Constitutionum aut communium quarundem observantiarum puncta redarguendi; Superiorum etiam gubernandi modum carpere audent, aliam alterius regiminis formam sibi metipsis in sua animi levitate effingentes.

Alii denique in cordibus suis locum dant variis supervacaneis desideriis, quæ animi pacem, omnemque illis adimunt de erratis, in quibus porro persistere amant, cogitationem.

Profectum spiritualement ista negligunt, atque eorum, quæ in Religione usurpantur, exercitiorum, utpote propensione suæ contrariorum, minorem existimationem concipiunt. Eorum itaque afficiuntur fastidio, deque illis commurmurant, atque occulta eorum arrogantia aut propriæ capacitatis præfidentia fovet in ipsis proprium iudicium, propriam voluntatem, ac falsam quandam libertatem. Cùm potius sinere deberent, ut humiliter juxta sanctam deducerentur obedientiam, ad omnia, quæ placerent superioribus, indifferentes, ac Dei timore quibusvis respectibus, desideriis, propositis à propria voluntate profectis renunciantes, ut soli perfectioni suæ intenderent.

*IV. Ut particulares declinent amicitias.*

**S**ingulares amicitia ac familiaritates cum Fratrum nonnullis morum aut geniorum sympathia sive mutua consensione contractæ alteram tentationem constituunt, à qua omni studio cavere sibi debent juniores professi.

Speciales istæ familiaritates sive colligationes à quibusdam occultis ac familiarioribus initium lumere amant colloquiis. Mutuis inde foventur & corroborantur complacentiis ac mutuo in suis defendendis erroris auxilio. Illæ plerumque reperiuntur inter illos, qui sunt immortificati atque alicujus immoderatæ animi affectionis dominationi jam tum subjecti. Etenim adeò agrestis atque illiberalis capaces imperfectionis haud  
cum

cum aliis quam sui colligantur consimilibus, aut certè si quis ex virtutis studiosis quid simile imprudenter patiatur, actum immortificatus, inobediens, atque illi, cui se colligaverit, haud absimilis evadet. Atque istud ipsum est, quod eximiè observavit S. Chryostomus ubi ait: *Bonus sic malo connectitur, ut aut pares reddantur, aut citò ab invicem separentur. Amicitia enim pares quarunt aut faciunt.* Indeque subjungit: *Rerum natura sic est, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur.*

Ulus omnium palam id fecit sæculorum. Etenim colligationes istæ conservari non possunt, nisi inter complures Regulæ, Constitutionum & communium observantiarum transgressiones. Commurmurabunt, silentium solvent, tempus solitudini consecratum inutiliter simul transigent, aliaque consimilia errata ac noxas committent, quantumlibet is, qui hæctenus Regulæ suæ observantior extitit, initio pluribus conscientiaë stimulis angatur, at mollis quædam complacentia demum conscientiam superat ac veluti extinguit.

Inde invicem arcana sua aperiunt, ac mutuaë fidei silentioque committunt: superiorem suam dicta ac gesta sua celant, pristinumque erga illum candorem ac simplicitatem abjiciunt. Quod si unus eorum inquietatur, mox curarum ac sollicitudinum suarum partem in socium suam transfert, qui illius sensuum atque affectionum se participem

614 DE JUNIORIBUS PROFESSIS,  
constituit, quique cum illo commurmurat, ut  
etiam superioris & aliorum administratio-  
nem illius respectu coarguat. Quod si qua  
re opus ille habet, hic curam ipsius agit, ita ut  
animus unius commodis incommodisve al-  
terius totus intendat, sicque ambo vocationis  
suae finem, qui spiritualis ipsorum profectus  
est, oblivisci omninò non dubitent.

Devotissimus Pater Thomas a Kempis ad-  
versus hæc errata juniores Monasterii sui Re-  
ligiosos præmuniturus illos verabat speciali  
hujusmodi societate copulari cum illis, qui  
minus modesti, minusque essent animis col-  
lecti, ne fortè illis similes evaderent. *Cavete,*  
*illis inquebat, à sociis vagis & jocosis, ne di-*  
*scatis fabulari & ridere cum levibus, qui am-*  
*bulant per amœna loca ad hospitia prava.* Serm.  
1. ad Novit. Id quod omninò consentaneum  
est monito, quod suggerit nobis Sanctus Spi-  
ritus Proverb. cap. 13. ubi ait: *Qui cum Sa-*  
*pientib. u. graditur, sapiens erit: amicus stulto-*  
*rum similis efficietur.*

Prov. 13.  
20.

Juniores ergo Professi sui in bono conser-  
vandi studiosi, neque ob ullam sympathiam  
particularem alicujus ex fratribus suis amici-  
tiam aucupari, neque etiam respectu humano,  
molli complacentia aut falsa charitate suam  
ulli, ea illam ratione captanti, debent permit-  
tere. Quantumvis ille inde indignetur, nil  
refert. Quotocunque etiam odio forsitan  
illos prosequatur, hoc falso se superari sinere  
non debent prætextu, quin potius audiant,  
quid dicat S. Isidorus: *Melius est habere ma-*  
*lorum odium, quam consortium.* Sicut multa  
habet

DE JUNIORIBUS PROFESSIS. 615

*habet bona communis vita Sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum.* Nullus porrò huic tentationi succumbet, qui in cunctis rebus suis superiori aut Directori aperiendis simplex & candidus erit.

V. *Ut fugiant vanam curiositatem atque in exteriora effusionem.*

**Q**ui sensuum curiositate in exteriora se effundunt, novum pariter obstaculum fini vocationis suæ, quæ est unio cum Deo, ad quam absque interiori animi collectione perveniri non potest, objiciunt. Cunctis se immiscent negotiis, omnia videre, omnia scire, de omnibus loqui ac suam proferre volunt sententiam, atque interim inter hæc omnia illius, cujus causâ Religionem sunt ingressi, obliviscuntur.

Juniores Professi profectus sui studiosè generosè à se resercent omnia, quæ illis injuncta, demandata aut necessaria minimè fuerint. Simples existant, id est multiplici-  
tari, agitationi & confusioni animi renunciant, quippe quæ ipsos in diversa distraheret, ac Deo vacuos rerum variarum speciebus repletet, adeoque in ipsis veræ intimæque pietatis sensus exiccaret, atque in perpetuum ad vitam verè spiritualem ineptos constitueret.

Vivacioris imaginationis ac ferventioris ingenii & naturæ conditionis qui fuerint, initio permagna hic invenient obstacula: at ubi bonam adhibuerint voluntatem, facile id, quod animis intenderint, assequentur. Persuasum nimirum omninò sibi habebunt, inutilia

esse omnia præter æterna. In memoriam re-  
vocabunt illa Domini Salvatoris nostri ver-  
ba: *Porro unum est necessarium. Quid prodest  
homini, si mundum unversum lucretur, ani-*

Luc. 10.

42.

Matth. 16.

26.

*ma vero sua detrimentum patiatur?*  
Quod si divinus hic Magister noster adeò  
absolutè loquatur de nihilo omnium divitiarum  
ac mundi universi amplitudinum, si cum  
solo bono animæ comparentur, quid nos co-  
gitare oportet de nuda quadam vana curio-  
sitate ac sensuum nostrorum inutili oblecta-  
tione? Dicent ergo intra semetipsos cum Da-

Psal. 16, 4

*vide: Non loquatur os meum opera hominum.  
Aut cum filio illius sapientissimo Salomone.  
Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

Eccle. 1 2.

Ibid. v. 8.

*Non saturatur oculus visu, nec auris auditu  
impletur.* Cogitabunt professione se sua,  
quantum attinet ad negotia mundi istius, in  
numero mortuorum constituisse semetipsos.  
Quod si autem jam mortui estis, ait Apосто-  
lus, ecqua igitur ratione porro de mundi ne-  
gotiis loquimini, tractatis ac deciditis, atque  
si etiamnum in vivis ageretis? Omnibus er-  
go istis supersedete, atque unicè Deo vacate.

Coloff. 2.

20. 21. 22.

*Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis  
hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes  
in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque  
gustaveritis, neque contraxeritis, que sunt  
omnia in interitum ipso usu.* Boni ergo Reli-  
giosi, qui suæ perfectioni sincerè intendit,  
epigraphe sive Symbolum poterit duobus  
hiscè verbis comprehendere: *Latere & nesci-  
ri.* Sive etiam istis: *Nec videre nec videri.*

VI.

VI. *Ut familiarius ne utantur  
Senioribus.*

**D**istrictissimè id vetatur in Bullis, ut vo-  
cant, Clementis 8. Romani Pontificis,  
quibus complectitur decreta, quæ condidit  
pro Reformatione Monasteriorum. Hic er-  
go delinqui non potest, quin magnam quis  
committat inobedientiam Deo perquam  
ingratam, ac mulctam promereatur in-  
signem.

Atque quantumvis in materia obedientiæ  
necessarium non sit afferre rationem, quo-  
niam sat est dicere rem esse prohibitam: at-  
tamen en duas rationes, quas D. Basilus in  
suis Regulis, quibus eandem inseruit prohibi-  
tionem, adducit. Prima est, *ut ex raritate  
congressus reverentiam adversus ipsos (Senio-  
res) retineant (Juniores). Altera: Ne pro-  
clivitas major ad peccandum in animis illorum  
nascatur, quando in exequendis officiis Senio-  
res sive grandiores labi animadverterint.* Reg.  
Ful. c. 15. Juniores Religiosi facillimè soli-  
citantur, ut in familiaritatem se insinuent Se-  
niorum, ac potissimum eorum, qui majoris  
amicitiæ illis exhibent indicia. Quoniam na-  
tura, quæ plurimum gaudet amari, facillime-  
que plus æquo sibi permittit, ubi postquam  
in Novitiatu in magno sui contemptu atque  
humilitate cohibita fuerit, à Professione non-  
nihil erectam se esse advertit. Unde ansam  
mox arripit occultâ quadam arrogantia se-  
cernendi se à Novitiis, neque amplius mul-  
tùm illis, sed conformandi se potius Seniori-  
bus,

bus, qui aliquam ei benevolentiam testificantur. Persuasum jam tum habet sibi, in modicis observantiis accuratorem solis esse propriam Novitiis. Atque ea causa est, cur complures Juniores Professi quorundam Seniorum, qui illos amant, exemplo, multas negligent modiciores Chori Caremonias, multas admittant oculorum, manuum ac vocis in conversatione immodestias, aliaque faciant, quæ fore, cum adhuc Noviti essent, nunquam credidissent, totâ suâ ut vitâ committerent.

E potissimis adversus hujusmodi errata ac noxas antidotis istud erit, ut nunquam Patribus loquantur nisi genuflexi, veluti in Constitutionibus ac Directoriis præcipitur, quantumvis Patres ipsi pro sua humanitate illos surgere jubeant, neq; ullum cum eis commercium illis sit, quin Directori id suo aperuerint.

VII. *Ut non sequantur exempla eorum, qui jam tum de disciplina remiserint.*

Perplacet naturæ, ubi aliquem licentiùs aperiendi obtentum repererit. Atque istud ipsum est, quod animo facili negotio persuadet, in mortificationis exercitiis remissionem, pluribus communis cum sit, adeò notitiam non esse, indeque eam consecrandi audaciam arripit. At ipse Deus id vetat, ubi ait: *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* S. Cyprianus hanc animadvertit animi humani deceptionem, quæ eò luctuosior, quo amplius voluntaria est, neque ex ignorantia, sed molli quadam procedit ignavia. Molestius ei est, se se ubi habet constringere aut subicere. Difficultas

Exod. 23.

2.

culcas quam sentit illum dicere facit, esse solum, jugum portare qui debeat, indeque etiam aliis esse derisui. Pudet illum aliis in Regularum ac modiciorum observantiarum cultu esse accuratiorem, atque hominibus ut ne displiceat, quo nescio respectu humano Deo mavult ipsi displicere. Facile sibi persuadet in istis aut istis transgressionibus mali parum aut etiam nihil esse, cum tot sint, apud quos Religioni non habeantur. *Malos, inquit hic Sanctus Pater, quisquis non imitatur, offendit, consensere iura peccatis, & coepit licitum esse quod publicum.*

Sanctiores Religiosi in sua juventute huic minimè omnium acquieverunt errori. Eorum erga Deum & conscientias suas fidelitatem, neque impropere opprobria, neque irrisiones unquam labefactare potuerunt. S. Thomas Aquinas cum etiamnum studiis vacaret literarum, adeò in humilitate, in silentio, in simplicitate cæterisque virtutibus erat confirmatus, ut quantumvis ipsius discipuli, qui excellentioris sese ingenii esse autumabant, illum per deridiculum *bovem mutum* appellitarent, de illis ne vel tantillum remitteret. Joci aliquando ac ridiculis illum carpebant, quod cum in lectione in Refectorio de aliquo accentu absque ratione reprehensus fuisset, ei, qui illum correxerat, humiliter se submisisset, id quod ipsi facturi non fuissent: at ipsum à simplicitate sua haudquaquam abducebat ista derisio.

S. Andreas Corsinus Ordinis nostri Episcopus

scopus Fesulanus, cum in majori Conventu Parisiensi studiis vacaret, ubique se animi collectionis, modestiæ ac silentii studiosiorem exhibebat. Nonnulli ex condiscipulis illius idcirco illum deridebant, *mutum* ipsum ac *surdum* vocitantes: at ille idcirco de gravitate sua atque ad Deum attentione assidua ne vel tantillum remittebat. Ad eum igitur modum sancti Religiosi juniores successores suos docuerunt ex virtutis præscripto vitam agere etiam supra exemplum, atque officio suo constanter post Professionem æque atque in Novitiatu satisfacere, tametsi ipsi soli essent, qui Regulas observarent. Nos, inquam, docuerunt minimè curare derisiones neque nimis usitatum illud: *Quid dicent alii?* neque etiam sinere nos superari ab humano respectu aut hominum objurgationis timore. Omnes omninò magnificiamus, at paucos, id est sapientiores ac virtutis studiosiores & Christi Jesu ac Sanctorum imitatores, sequamur oportet. Hoc quoque documentum junioribus, qui scientiæ moralis studio vacare contenderent, suggererat Epictetus, ubi ait: *Si Philosophiam cupis, prepara te, ut irridearis, & subsannaris à multis, ut dicant: Hic repente nobis Philosophus emerferit.* Enchrid. c. 29. Adjungit: *Si quid proficere vis, ne recusa, quominus ob res externas amens & fatuus habearis.* c. 18. Quòd si ille juniore ad moralem purè humanam hac ratione comparavit, multò amplius quid nobis constitutum esse debet, ut

ut interiores evadamus, ac sapientiam divi-  
nam assequamur.

Verùm enimverò documentum adjicie-  
mus multò sanctius, sublimius ac longo usu  
manifestius, quod noster Ven. Frater Joannes  
à S. Sampsonè in suis nobis scriptis reliquit.  
*Nunquam, inquit, de consuetis exercitiis no-  
stris vel tantillum remittere, neque ad alios eo-  
rumq; opera debemus refl. dtere: ut bono exem-  
plo aliè adificemur, malum verò foras emitta-  
mus, ne ulla ad nos iniret ratione. Hoc faciendo  
exemplariter vivimus supra exemplum hoc est  
nobis ipsis quale debemus exemplum præbemus,  
quin curemus, an ab alio accipiamus, nec ne.  
Hac ratione nullam in animabus nostris pla-  
gam accipimus à rebus, quæ extra nos sunt.*

Ut tentationem superemus, qua ad nos  
perverso aliorum exemplo, humano respe-  
ctu, aut ignaviâ, conformandos incitatur,  
animate nos possumus istis Salvatoris nostri  
verbis: *Omnis quicumque confessus fuerit me* Luc. 12.8.  
*coram hominibus, & filius hominis constebi-  
tur illum coram Angelis Dei.*

*Qui autem negaverit me coram hominibus,* ibid.  
*negabitur coram Angelis Dei.*

*Nam qui me erubuerit, & meos sermones,  
hunc filius hominis erubescet, cum venerit in c. 9. 26.*  
*Majestate sua & Patris & Sanctorum An-  
gelorum.*

*Videte ergo, ne & vos similes efficiamini fa-* Baruchi  
*Etis alienis.* 6.4.

VIII. *Ut non approbent sermones, neque pronuntiata, sive axiomata contraria perfectioni.*

1. Cor. 15.  
33.

v. 34.

**S**ANÈ haud absque urgentissima ratione divinus Apostolus ait: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Statimque commonefacit fideles, ut illis occupari se non sinant, ne forte, ubi aures perniciosæ doctrinæ bibulas præbuerint, errori ac peccato portas aperiant, ubi addit: *Evigilate justi & nolite peccare.* Ibid.

Loquebatur eo loco de nonnullis, qui corporum non credebant resurrectionem, quoniam, veluti Sadducæi, animæ negabant immortalitatem. At monitum ipsius locum habet in omni generis perversa doctrina, æquè nimirum illa, quæ bonis moribus, atque illa quæ Mysteriorum repugnaret veritati.

In Ecclesia nascente perversa erant ingenia, quæ hæresin istam introducere satagebant, un & alia, quæ crucis mysterii efficaciam impugnabant, quos idem Apostolus appellat *Inimicos crucis Christi, qui terrena sapiunt:* atque alia denique, quæ varios disseminabant errores, contra quos idem Apostolus recens conversos præmuniebat Christianos. Porro in singulis deinceps sæculis mali homines extirpè, qui sacras Evangelii veritates conati sunt enervare, & quibus non defuere sectatores, contra quos insurrexere Sancti Patres, ne fortè boni ac simplices Catholici ab instituto deducerentur. Zaniam illa erant, quæ inimicus homo subinde bono semini superseminavit.

Ad

Ad eum modum Diabolus ordinum Religiosorum peculiariter, uti Ecclesie generatim, juratus hostis habet subditos suos, vana, audacia, ab omni dominatione libera, desidiola, delicata ac voluptuosa ingenia, qui in illis liberioribus ac temerariis sermonibus suis axiomata perfectionis enervant: adversum quos confirmari necessario debent Juniores Professi, ne illis incauti decipiantur.

Nonnunquam illos audient de rebus, quæ ex hominum mundanorum sententia coruscant & excellunt, multò majori cum existimatione loquentes, quam de virtutis unquam locuti præstantia fuerint. Immoderatè laudabunt ac deprædicabunt scientiam, eloquentiam, ingenii excellentiam, concionum sacrarum elegantiam, magnatum benevolentiam ac liberiores & familiariores ad illos accessum nonnullorum Religiosorum, temporales facultates ac bona aut beneficia, quæ inde recipiunt, Officiorum ac dignitatum Religionis honorem aliaque consimilia, atque si in istis suprema sita foret beatitudo. Sermones isti fovent spiritum superbiæ ac subtiliter occulta quadam ambitione inflant cor illius, qui ipsos audierit, ut fore speret, ad hujusmodi bona aliquando ut perveniat.

Quod si igitur actutum non convertatur ad Deum, ut agnoscat in omnibus istis meram esse vanitatem, nisi quantum ad ipsius gloriam conducunt, occupatus & infectus manebit eodem spiritu vanitatis adversus  
humi-

humilitatem ac depressionis amorem, ut proinde multò quam antea minùs religiosus evadat.

Aliàs loquentes ipsos audias in gratiam commoditatum & corporis liberè aliùs habendi rationum, in magnum austeritatum ac sancti nostrimetiporum odii detrimentum. Querimonias habebunt de jejunio dicentes illi aliquam adhiberi posse moderationem. De cibo potuque murmurabunt, dicentes post accuratiorem vitæ regularis observationem nil minus expectari posse, quam benè apparatus cibum ac potionem. Quin & vitæ regularis exaggerabunt rigorem, contendentes illam æquo asperiores adeoque esse intolerabilem, quæ facili negotio posset mitigari. Dicent etiam in quibusdam religiosissimis Ordinibus quotidie non vacari orationi mentali, nisi per horæ dimidium, in aliis Religiosos è somno non consurgere media nocte, atque in aliis majorem atque honestam illis permitti libertatem. Verùm silentio involvent, in iisdem fortassis Ordinibus majores esse abstinentias, aut majorem à mundo ac mundanis separationem, aut continuos pro animarum salute labores, sicque relictis amaris sola dulcia animadvertent.

Sermones etiam non rarò instituent de animi relaxationibus ac recreationibus extraordinariis, qui illarum desiderium excitant etiam in illis, qui de ipsis minimè cogitabant. Conquerentur æquò prolixius esse officium divinum, quantumvis ipsum, licet  
esset

esset dimidia ex parte contractius, nihilominus ipsis justò longius videretur. Opera supererogationis contemptui habebunt, ac pœnitentias extraordinarias cilicii, fetis asperæ subuculæ, catenarum ferrearum similiumque asperitatum in Religionibus reformatis usitatarum deridebunt. Ridicula jacent in Fratres suos vitæ spiritualis ac mortificationis studiosiores, atque observationis Regularis zelantiores. Vitam interiorum veluti illusionem & fatuitatem, aut veluti otiosam & inutilem ludibrio habebunt. Omnes istiusmodi sermones adversantur Spiritui Religionis, qui laboris ac rigoris est, atque si is, qui illos audit, illicò ad Deum se erigere negligat, neque in corde suo actus oppositos eliciat, eosdem affectus induet, ac sensim relaxatior, & voluptatum studiosior, sicque minùs quam antea, Religiosus evadet. Aliàs superiorum administrationem, in magnum simpliciter, qua in obediendo opus est, dispendium, judicabunt. Sermones quoque miscebunt in gratiam indifferentiæ, insolenter sustinentes hoc vel illud à superioribus jure imperari non posse. Errata in ipsis disquirent, ut inde accipiant prætextum minùs exequendi imperata ab ipsis, dicentes ab ipsismet ea neutiquam observari. Quòd si in perscrutandis & corrigendis culpis fuerint accurati, indiscretionis ipsos redarguent. Visitorum & Ordinis Comitiorum Constitutiones ac leges, veluti res frivolas, atque quæ promulgentur indi-

gnas, contemnent. In sui excusationem allegabunt abusus ac Regulæ & Constitutionum transgressiones usu contractas, quasi forent legitimè introductæ consuetudines. Dicent audacter, reverà quidem hæc aut illa à Regula & Constitutionibus fuisse imperata, non tamen ampliùs observari, sicque illis sufficienter esse derogatum. Quin & istud adjicient; Regulas esse duntaxat simplicem aliquam Directionem, adeoque non obligare in conscientia, neque proinde illarum transgressiones obnoxias esse peccato. Porrò quænam obsecro esset inordinatio, si quispiam juniorum Fratrum ista audiens illis fidem haberet, ac perversos sermones istos quasi totidem existimaret esse veritates? Nunquid hoc incidere foret in istam infelicitatem, quam in Phariseorum discipulis Salvator noster deplorabat? Quoniam nimirum illi, postquam per mare & terram discurrissent, ut juvenum aliquem in Scholam suam pellicerent, illum falsis ac rationibus suis servientibus interpretationibus quasi quodam veneno inficiebant ac proinde duplo ipsis magis noxium constituebant. *Væ*, inquit, *vobis scribe & Pharisei Hypocrite: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum & cum fuerit factus, facitis eum filium gehenna duplo quàm vos.*

Matth.  
23. 15.

Ut quis ergo perversas impressiones istas faciliè ne concipiat, opus est, ut se teneat in usu contracta dispositione 1. Semper tendendi non ad faciliora & commodiora  
sed

sed ad perfectiora. 2. Semper ardendi meliori observantiæ Regularis in Monasterio conservandæ zelo. 3. Neutiquam metuenti offensam eorum, qui eadem ratione sunt minus affecti. 4. Sibi placendi in eo, quòd sit incognitus & opertus. 5. In omnibus summis laudibus celebrandi & constanter profitendi atque exercendi austeritatem, quantumvis etiam patrari miracula videret ab iis, qui molliorem vitam consecretantur.

Ab illis, ut quis in occasionibus sese tueatur, optima & compendiosissima via est silentium, ut nullo unquam tempore de hujusmodi argumentis eum quovis disceptet. Melius enim Eva fecisset, si cum serpente, qui primus perversa axiomata & effata, quibus obedientiam divino præcepto adhibendam impugnaret, disseminavit, habenda disputatione distineri se minimè siveret.

Cogitandum quoque erit, hujusmodi ratiocinationes non tam ex hominis quam mali Dæmonis in illo & per illum loquentis ore procedere. Veluti etiam serpens, qui jam jam Evæ fuerat locutus, per illam etiam inde loquebatur Adamo. *Serpens latebat in fœmina.* Considerandum nihilominus est, à Deo permitti, ea ratione ut nostra probetur fidelitas, quam inconcussam servemus oportet.

Interius exercitium in eo situm erit, ut ad Deum perfugiamus ac falsitatibus istis devota ad Divinam ipsius Majestatem elevatione obstetamus dicendo, exempli gratia.

1. Nunquid mundi hujus gloria, nunquid

R r 2 vita

vita voluptuosa, nunquid summa, atque  
omni subjectione soluta libertas est, cujus  
quærendæ ergò statum Religiosum ambivi?  
Nunquid potius abjectio, pœnitentia, atque  
ad omnes Regulas submissio est? *Narrave-*  
*runt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex*  
*tua.*

*Psal. 118.*  
*85.*

2. Cogitent & dicant alii, quidquid ipsis  
libuerit, ego verò itentidem dicam: *Mihi*  
*autem adhaerere Deo bonum est, ponere in Do-*  
*mino Deo spem meam.*

*Psal. 72.*  
*28.*

3. *Beatus vir, cujus est nomen Domini Spes*  
*ejus, & non respexit in vanitates & insanas*  
*falsas.*

*Psal. 39. 5.*

4. Vita transit, & æternitas appropinquat.  
Quid, amabò, in hora mortis ampliori solatio  
mihi erit? an quòd vanos splendores & vi-  
tam molliorem quæsierim, an verò quòd in  
meimetipsum contemptu ac pœnitentia per-  
severaverim?

*Psal. 38. 6*

5. *Veruntamen universa vanitas: omnis*  
*homo vivens.*

*v. 7.*

6. *Veruntamen in imagine pertransit homo:*  
*Sed & frustra conturbatur.*

*Eccle. 2.*  
*16.*

7. *Eccetransseunt universa sub sole: & futu-*  
*ra tempora oblivione pariter cuncta operient.*

*s. 11.*

8. *Si annis multis vixerit homo, & in his*  
*omnibus letatus fuerit: meminisse debet te-*  
*nebrofi temporis & dierum multorum: qui*  
*cum venerint, vanitatis arguentur pra-*  
*terita.*

*v. 8.*

I X. *Ut locum non dent falso & amaro zelo,  
neque judiciis temerariis.*

**N** Onnullos quandoque reperire est Juniores Professos indole & ingenio criticos, qui uti sui conservandi studiosi existunt, ita ad dicta, facta ac gesta aliorum perstringenda & coarguenda proclivissimi sunt. Quantumvis illis ipsi sint Seniores, eos tamen, quo nescio falso & amaro zelo, liberimè judicant & condemnant. Facilius æquo indignantur & offenduntur, atque, ut sic dicam, scandalizantur, in partem deteriorem interpretantes ea, quæ sæpe extra omnem culpam atque etiam ex obedientia peraguntur.

In hoc ipso palàm faciunt, ipsis deesse spiritum Charitatis, quæ teste S. Paulo suavis est, patiens est, neque mali quid facile suspicatur de proximo. *Charitas non cogitat malum,* quin potius tantum abest, ut de erratis illius triumphet, ut potius illa, si possit, benigna interpretatione excuset, atque ubi manifesta non fuerint, illa credere recuset.

E præclarissimis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis exercitiis stud erat, *quod oculos proximi virtutibus apertos, at imperfectionibus clausos haberet.* Qui aliorum erratis considerandis distinentur, non attendunt, expositos esse sese manifestæ tentationi mali Dæmonis, qui ex una parte illic ipsos moratur, quin ad se ipsos atque ad proprias attendant imperfectiones, eas ut emendent: ex alia vero parte eorum fovet superbiam ac proprium amorem, ubi

Rr 3      occul-

630 DE JUNIORIBUS PROFESSIS.

occultâ quadam arrogantia sibi persuadent, ita sese esse compositos ut facere penitus ipsi nollent ea, quæ in aliis reprehendunt.

Ista usitatio Juniorum Religiosorum, quantumvis alias ferventium ac devotorum, tentatio est. Postea enim quàm de aliis vitiis complures victorias reportaverunt, in istud incauti prolabantur. Magnum hoc obstaculum est spiritali eorum profectui, tum quia, ubi alienis distinentur negotiis, illi non queunt intendere, tum quia suam interiorem amittunt pacem ac tranquillitatem, absque qua boni omninò nil fieri potest. Tandem verò usu ipso non sine insigni detrimento suo comperient futurum, ut in superbiæ, alperitatis ac temeritatis suæ punitiorem ipsi in eandem, quam condemnant, aut fortassis etiam majorem, culpam prolabantur. *In quo enim judicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis quo judicas.*

Rom. 2. 1.

Remedium erit, ut mox proprias consulant conscientias, atque in illis proprias considerent imperfectiones. Atque cum indignatione aut cordis amaritudine contra quempiam commoveri se posse animadvertent, intra semetipsos dicent

1. *Si sine peccato es, mitte lapidem.* Quod si omni tu vitio careres, fortassis alios redarguere posses. At vero nunquid & tu ipse in multis delinquis? velut igitur alii te perferunt, ita & alios ipse sufferre addiscas.

2. Eheu! teste S. Bernardo dicebat quidam

dam bonus Religiosus, hic hodie culpam committit, & ego forsan crastina die eandem admittam.

3. Dicent sibi metipsis: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit; stabit autem, potens enim est Deus statuere illum.* Ut quid mihi sumo iudicium illius, in quem jus nullum est mihi? Volo equidem ipsum esse tali aut tali defectui obnoxium, at præclaris etiam animi dotibus & ornamentis instructum esse non considero. Nunquid igitur aranea ero, ut illis duntaxat, in illo reprehendi quæ queant, insistam, & non potius apis, ut illo, quod in ipso laude dignum est, ædificer? Et verò quis obsecro inmortali hac vita numeris est omnibus absolutus? Sed & aliud adversus falsum zelum præstantissimum remedium est, ut in cordibus nostris suaviorem foveamus Charitatem, eaque suadente proximorum defectibus potius ad commiserationem, quàm indignationem commoveamur, ac Deum pro illis deprecemur. Veruntamen animi abstractio, qua proximorum defectus, quantum possumus, dissimulando relinquimus, ex duorum insignium contemplativorum nostrorum B. Joannis à Cruce & Ven. Fratris Joannis à S. Sampsonē sententia omnibus remediis præstantius est. Vivito, inquiunt eximii viri isti, in silentio ac secessu, quin aliorum defectus attendas, sed sæpius cum Deo communicando animam tuam possidebis in pace, atque in virum perfectum evades.

Rom. 14.

4.

## CAPUT LXI.

*Quid facere debeant Iuniores profes-  
si, ut primævum suum fervo-  
rem conservent.*

**I**llis imprimis aliquot documenta ac mo-  
nita generalia suggeremus, tumque inde  
exponemus aliqua exercitia particularia, quæ  
longa experientia docuit esse utilissima, è qui-  
bus proinde haud minus illis, qui ipsos præ-  
cessere, proficient, si modò accuratè observa-  
re voluerint.

Ad documenta generalia quantum atti-  
net, ut quoad illa ordinatè procedamus, ea di-  
stribuemus in illa, quæ pertinent ad obliga-  
tiones Religiosi erga Deum, illa quæ muneris  
ipsius sunt erga amantissimam Matrem suam  
Religionem, atque illa quæ proprium ipsius  
spiritualem profectum attingunt.

*I. Quid iuniores inter Deum & semet-  
ipsos observare debeant.*

*Et primò quidem, ut excolant spiritum  
devotionis.*

**O**Mni nimirum, qua poterunt, cura ac sol-  
licitudine in seipsis conservare debent  
spiritum devotionis, prout ipsum habuerunt  
ac degustaverunt in Novitiatu. Devotionis  
hic spiritus bifariam intelligitur. Primò enim  
accipitur pro prompta voluntate ac vero  
Deo placendi desiderio: ac secundò pro in-  
teriori in bonis cogitationibus occupatione  
ac

ac pro corde deinceps ad divinam Majestatem devotis affectionibus concepta atque exercitata elevatione. Religiosus etenim instructus esse dicitur devotione, ubi bona ei & constans est voluntas exequendi omnia, quæ Deo acceptiora esse noverit: aut ubi interius egregia quadam veritate commotus, aut quopiam bono animi sensu fuerit affectus. Utrouque hoc modo devotioni studere debent juniores Professi. Prima quidem usu confirmata ac talis sit oportet, ut illâ orbari non queant. Quod si altera quandoque defuerit, ad illam recuperandam excitare se debent.

Ut bonam voluntatem indefinenter conservent.

1. Connitendum est ipsis, ut interiores animi dispositiones probè colant, ut collectioni ipsius intendant, silentium ament & omnes egressus atque evagationes extra cellam devitent. Quod si quandoque hujusmodi egressum negotii cujuspiam alibi exequendi causâ obedientia requirat, ubi primum ipsum absolvent, celeriter & alacriter cellam suam veluti suum repetere satagent elementum, ad eum modû, quo piscis ex aqua fortassis extractus illam celerrimè repetere connititur.

2. Interius elevata, simplici, tranquilla & affectiva quadam ratione, in conspectu & in lumine Dei, hoc est in sancta præsentia illius, agere consuescant, instar eorum, de quibus dicitur in Psalmo 88. *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die.* Hanc interiorem dispositionem mane concipient, eamque quam pote-

*Psal. 88.*

*10.*

634 DE JUNIORIBUS PROFESSIS.

runt diutissimè per diem fovere, atque ubi nonnihil ab illa se deflexisse compererint, mox illam resarcire contendent.

3. Quorumlibet operum suorum initio serio & cum attentione debitam directionem præmittent.

4. Nullo unquam tempore committent, ut orationum suarum materiam præviè non præparent; atque ubi temporis angustia occupati fortè fuerint, secum conferent meditationis librum, ut ex illo aliquid materiae pro oratione legendo excerpant prius, quam ipsam incipiant.

5. Sollicitè curabunt, ut quotidie vacent lectioni spirituali, conscientiaè ante mensam discussione, atque serio sub vesperum examini.

6. Circa majores solemnitates, & per eorum Octavas Mysterii, quod recolitur, considerationi insistent. Ad illas etiam per aliqua pœnitentiæ opera se comparabunt, ac bonos animi sensus quibusdam aliis piis operibus fovebunt, donec tempus effluerit. Quotquot verò hæctenus istorum aliqua neglexerunt, citius omninò devotionis gustum amiserunt.

7. Quisquis ergo hunc gustum in se immixtum aut pristinum fervorem remittere animadvertit, se ipsum excitabit, ut illum gemitibus atq; ad Deum suspiriis unius aut plurium dierum secessu, Sanctissimi Sacramenti visitationibus ac salutationibus, Beatissimæ Virginis ac suorum precibus Patronorum, brachiorum in modum crucis expansionibus, atque extraordinariis à P. Magistro aut Dire-

ctore

ctore post sacram præmissam communionem  
petitis pœnitentiæ operibus reaccendat, ad  
pristinum postliminiò statum ut ea ratione  
reducatur.

8. Quod si vero Divina Majestas in pœnara  
culpæ in sua remissione aut nimia in exterioro-  
ra effusione ac dissipatione admissæ amissum  
devotionis gustum tam cito, tamque sensibi-  
liter non reddiderit, propterea non turbabi-  
tur, neque animo frangetur, sed bonum desi-  
derium suum continuabit, & magna cum re-  
signatione, spe ac dulcedine hanc perferet Dei  
veluti absentiam atq; elongationem, dicendo  
cum Propheta: *Iram Domini portabo, quoniam  
peccavi ei, donec causam meam judicet-- ducet Mich. 7. 9.  
me in lucem, videbo justitiam ejus.*

Status iste privationis humili submissione  
atq; ad Dei voluntatem conformitate locum  
obtinebit bonæ, etsi minus sensibilis, devotiõ-  
nis: si modò quis interea nihil officii & obli-  
gationis suæ intermittat. Qui verò parùm cu-  
raret, ut omissam recuperaret devotionem,  
ea occasione facillimè perdere etiam posset,  
quidquid eousque lucrari potuisset.

II. *Ut teneriorem semper conscien-  
tiam retineant.*

**C**onscientiam teneriorem habere est non  
solum peccatum veniale æque ac mor-  
tale cavere, quòd utrumq; Divinæ Majestatis  
adversetur honori: verùm etiam in rebus mi-  
nutoribus, quæ sunt sanctæ voluntatis ipsius,  
uti sunt Constitutiones, mandata Superiorum,  
Ecclesiæ cæremoniæ, Regulæ modestiæ &  
quidquid ad communem pertinet ædificatio-  
nem,

nem, esse fidelem. Quisquis enim minora negligit, sensim prolabetur in majora, à quibus nunquam fortè resurget juxta istud ipsius Sancti Spiritus effatum: *qui spernit modica, paucim latim decidet. attende, ne --- sit casus tuus insanabilis in mortem.*

*Ecclesi. 19. 1. 28. 30.*

Initio quidem hujusmodi culpas leviores absque aliquo conscientia angore nemo solet admittere: ac ubi quis illis assueverit, absque ullo conscientia serupulo illas committit, quæ ratione pederent in cordis duritiem incurrit. Cum S. Dominicus, postquam à primo conventu suo diutius abfuisset, post ad ipsum revertisset, incredibili affectus lætitia fuit, quod observantiam illic exactissimam reperiret, cum Religiosi etiam minimarum quarumvis rerum transgressionem religioni haberent. Istiusmodi, ex. gr. sunt cellulam mundam servare, illam quotidie mane absque ullo neglectu componere, atq; minimum in hebdomada semel scopis purgare, locis & temporibus silentio deputatis signis, ubi fieri potest, potius quam verbis, quæ ab aliis sciri debent, innuere, in Choro caput, juxta id quod præscribitur, cooperire, ac discoperire, profundas illic inclinationes atq; genuflexiones graviter & in spiritu facere; officia, quæ explenda quis habet, prævidere, neq; illa negligenter perficere, pro suo arbitratu à nullo actu regularitatis abesse, interiori impulsui ad præsentiam Dei se revocandi aut ad ipsum cor suum elevandi celeriter parere; aliaque similia, in quibus quis voluntatiè aut ex socordia ubi defecerit, conscientiam suam lædet, ac Spiritum

San-

De  
Oratione

DE JUNIORIBUS PROFESSIS. 67

Sanctum contristabit, qui proinde ab ipso se subducet, neque ea, qua prius familiaritate loquetur ad cor ipsius, id quod cavere nos monet Apostolus ubi ait: *Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei.* Ephes. 4. 30.

Nemo attamen ob culpas suas, quantumvis notabiles illæ fuerint, multò minus ergo leviores ubi extiterint, conturbari, aut animum debet abjicere, sed in revertendo ad conscientiam suam fidem servare. Quare ubi primum aliquas à se noxas admissas animadverterit, se exinde humiliabit, veniam à Deo postulabit, ac sponte exiguarum, quas aliquando permittunt superiores, pœnitentiarum aliquam subibit dicendo v g. Psalmum *Miserere* brachiis in formam crucis expansis, visitando ac salutando Sanctissimum Sacramentum, aliave consimilia peragendo. Atque exinde præteritis oblivioni relictis de futura sollicitè cogitabit emendatione.

III. *Ut semper puram habeant intentionem.*

ILLI in bonis exercitiis suis constantes persistunt, qui in illis aliud querunt nihil, quam Deo ut placeant, illiusque adimpleant voluntatem; quoniam ita immutabile atque, ita loquendo, æternum illis motivum est. Huic intentioni quoadusque adhæserint, invariabiles erunt. Verum illi e contra id, qui in agendo suam nativam propensionem, aut considerationes sequuntur humanas, æque inconstantes erunt, atque istæ ipsæ sunt eorum propensiones, ac res creatæ, quas sibi pro objecto proposuerint.

Quis-

Quisquis in actionibus suis placere hominibus voluerit, aut propriam in illis satisfactionem quavis ratione quæsierit, ubi primum ista defecerit, bona proposita sua & ipse abiciet. Atq; ea communior causa est, quòd plures in eo, quod cœperunt non per maneat; quoniam non purè Deum, sed se ipsos æque, aut fortè etiam amplius, quam Deum quærebant; ut proinde ubi in Dei servitio propriam potè non reperere oblectationem, mox ipsum abdicaverint.

Ista intentionum ipsorum impuritas illis non rarò, sive animi cœcitate, sive quod amoris proprii disquisitiones subtiliores existant, est ignota. Verùm usum aliquando inde aliquem contrahunt, quin ipsi agnoscant, ubi in operibus suis propriam commoditatem aut naturalem aliquam satisfactionem ex parte saltem sibi proponunt, & congruenter ad ista plerumq; agere amant. Perversa ac depravata pietatis illorum penetralia tum satis superque se produnt, ubi occasio fuerit aliquid faciendi aut patiendi, quod eorum naturæ adversetur, ubi turpiter succumbunt, palamque omninò faciunt, eousque purè ipsos non attendisse ad Deum, sed potius ad propriam animi voluptatem; quoniam ex virtutis præscripto vivere ac Deum glorificare desinunt, ubi naturæ suæ deficit voluptas & commoditas. Prò Deum! quot hujusmodi reperire est Religiosos?

Juniores ergo Professi, in bono perseverare qui cupiunt, præter teneritudinè Conscientiæ, quæ à malo abhorret, sollicitè invigilare debent custodiæ cordis sui, ut in omnibus ac  
fin-

De  
Oratione

singulis actionibus suis solam Divinam spectent voluntatem, atque ut omnes subtiles amoris proprii disquisitiones mortificet. Observare debent se ipsos, ne fortè natura, quæ fermè semper se ipsam ac proprias comoditates attendit, ipsis imperfectiora exhibeat motiva, ex grat. vanæ gloriæ, animi voluptatis aut alterius sive humani sive mundani objecti. Hoc est puræ semper intentioni studere, atq; ista in via Dei se stabiliendi ratio est.

*Quid Juniores Professi observare debeant erga amantissimam matrem suam Religionem.*

I. *Ut semper, ubique, & in omnibus bono sint exemplo universis.*

EXimio ordinis honoris & observantiæ regularis, quo omnes probi Professi, veluti genuini Religionis suæ filii, ardere debent, zelo impulsæ ubique omnes ædificare atque in omnibus bono tam externis quàm Fratribus esse exemplo connitantur, oportet. Minimè sanè omnium decet, Religionem ingressi ut fuerint, ei foris aut intus probro, aut scandali aut relaxationis aliis sint occasioni: quin potius ut ait Apostolus: *Nemini dantes ullam 2. Cor. 6: offensionem*; quantum quidem poterunt, exhibere se debent irreprehensibiles, ut amantissimæ matri suæ Religioni causam non præbeant de illis conquerendi ac dicendi: *Filios enutrivit & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Isa. 1. 2.*

Nihil unquam clam superioribus agent, quod coram ipsis agere nollent. Quin potius sponte ipsi illos adibunt, ut ad pedes eorum provoluti de culpis admissis se accusent, quin

ullam

ullam celare nitantur, aut expectent, donec illæ ipsi per alios innotescant.

Nulla etiam ratione, adulatione, aut nequam innoxio silentio probabunt perversum exemplum, quod alii Religiosi coram ipsis præbuerint, ne culpæ eorum participes ipsi evadant: sed superiores monebunt, veluti eâ Religioni quam debent, fide obstringuntur.

Tandem ita se gerent, ut frustra Religiosorum ne nomine insigniantur, neve opera ipsorum Professioni non consentiant. *Concordet vita cum nomine, professioque sentiat in opere.*

S. Anselmus author est, vitam eorum, qui secus agunt, perpetuum esse mendacium: quoniam vestem præferunt pietatis ac Reformationis sub hac vel illa Religionis Regula, cui opera non respondent. *Unusquisque, inquit, sui Ordinis gerat officium, ne totum, quod vivit, deputetur mendacium: si enim quod ordinis sui est, non egerit, omnis ejus exterior habitus mentitur, qui eum illius ordinis esse testatur.* In similitud. c. 127.

Quotquot isto honoris Religionis & observantiæ Regularis bono exemplo suo tuendæ ac promovendæ zelo exarserint, næ illi procul absunt ab eo, de bonis propositis suis quidquam ut remittant: ac veluti in quavis occasione palam faciunt, amari à se Religionem, ita illi vicissim in Religione amantur. Voluptate ipsam afficiunt, atque ab illa vicissim afficiuntur. Omnia in illa ipsis arrident, quo fit, ut ad quævis virtutum quarumvis exercitia magna cum alacritate accurrant.

II. *Ut ferventiores imitentur.*

**T**antum abest, ut tepidioribus se accommodent, ut etiam quovis tempore ferventiores, devotiores, modestiores, ac vitæ regularis amantiores, adeoque in via Dei meliori gradu procedentes imitentur. B. Stanislaus Societatis Jesu Novitius modestiâ suâ colligebat, ac sermonum suorum ardore succendebat omnes Fratres, qui ipsum intuerentur, aut loquentem audirent. Hi igitur in loco orationis illic conabantur consistere, unde ipsum videre possent, quò ita ex isto ipsius intuitu animis collectiores ac ferventiores evaderent.

Ad eum modum Juniores Professi, veluti prototypa ob oculos sibi proponant illos, quos videtint esse singularioris exempli, atque post illos, veluti magnis passibus procedentes gigantes, currere admittentur. Cùm illis aliquando sermones de Deo miscere gaudebunt, ubi id absque communis fieri poterit charitatis dispendio.

Peculiariter investigabunt exercitia & usus, quæ ipsis ad agendum in spiritu magis conducunt. Illos rogabunt, ut plena cum fiducia de culpis, quas in illis deprehenderint, illos commonefaciant. Hoc ubi charitatis obsequium ab illis accipiant, gratias illis agent. Denique suas agendi rationes aliquando comparabunt cum illis, quibus hujusmodi ferventiores Religiosi utuntur, ut videant, in quo illis dissimiles sint, ut emendent.

III. *Ut ament bonum commune.*

**B**onum commune privatis suis commoditatibus anteponent, & cum gaudio occasiones accipient alicujus communitati exhibendi obsequii, quantumvis in privato id magno eis steterit labore, qui attamen suavissimus illis erit in gratiam amantissimæ Matris, quæ illos recepit, atque in gremio suo nutrit.

Nullum unquam tempore vendent, sive, ut sic dicam, emifacient exigua obsequia ac servitia sua. Quin potius econtrariò sponte superioribus se offerent ad omnia molestiora, sive intrâ sive extrâ, peragenda negotia, quin ullam querimoniam habeant, vel utrum & alii similia agant, nec ne attendant.

Zelum adeò bonum conservabunt, ut omnia in communitate ordinatè procedant, ut ad æquis animis acceptanda quævis, quæ obedientia eis injungere voluerit, officia, eaque sanctâ quadam cum lætitiâ atque alacritate exequenda sint comparati.

Ubi nullum hujusmodi officium ipsis injunctum fuerit, quotidie se ad aliquid faciendum assuefacient, quod publicam communitatis spectet commoditatem, quantumvis id aliud foret nihil, quàm ut claudant fenestram aut januam, quam non convenit esse apertam, aut librum, qui alioquin corruptionis periculo exponeretur, rectè componant, aut rem quampiam suo loco, à quo fortassis fuerit amota, restituant, aut alia diversa officia exhibeant, quæ quantumvis in seipsis perexigua sint, illos tamen, ea qui præstant, paulatim supra

De  
Oratione

pra ignavum ac terrenum amorem erigunt & extollunt, ut ipsos sanctâ quadam consuetudine in rebus etiam majoribus spirituale ac temporale bonum Religionis, ubi poterunt, procurandi locupletent.

IV. *Ut Fratribus quoq<sub>3</sub> suis sint officiosi atq<sub>3</sub> obsequiosi.*

**H**unc fraternæ charitatis ulum & exemplo & scriptis suis commendavit sancta Mater Theresia. Ubi aliud quid agere illa nequibat, quam alicui sororum in obscuro ambulanti ut præluceret, id officii minimè omnium negligebat. Ad eum modum boni Professi, qui in spiritu Religionis stabiliti ac confirmari desiderant, magnoperè suavis atque intimæ & sinceræ charitatis actiones, excolere connituntur. Quantum quidem ipsis licet, omnem sibi ipsis laborem ac molestiam sumunt, illa Fratres suos ut exonerent. Abjectiora quæque sibi eligunt, ut aliis honorabilia relinquunt. In dies singulos sibi ipsis præscribunt duos aut tres actus exteriores obsequii erga illos, quantumlibet in aliis illi fieri non essent, quam ipsis lumen ut offerant, quo candellam ipsi suam accendant; scopas aut aquam, cellulam suam ut verrant, librum deferant, quem ab illis expetunt, locum aut sententiam in illo inquirent ac notent, quam ipsi fortè legere voluerint; in aliquo officio ipsorum absentium vicem suppleant, atque alia minutiora servitia exhibeant, quæ contemptui haberi non debent, quoniam in Religione conser-

vant eminentissimum spiritum divinæ charitatis ac sanctæ horum erga illos humilitatis.

*Quid Juniores Professæ observare debeant erga seipsos.*

I. *Ut præ omnibus spirituales sibi profectum suum præfigant.*

**V**eluti dicere solemus Christianis sæcularibus, ut de salute sua potiùs æterna, quàm quavis re aliâ cogitent, atque eò ut omnia, quæ faciunt, veluti ad finem, ob quem Deus ipsos in hoc mundo collocavit, dirigant: ita dici debet Religiosis, ut præ omnibus rebus aliis cogitent de suo in perfectione progressu ac profectu, hoc est, ut solidè exerceant virtutem secundùm instituti sui spiritum, quoniam hic finis est, ob quem Deus ipsos ad statum Religiosum ac speciatim ad Ordinem istum appellavit. Quævis alia accessoria cùm sint, hoc unicum præcipuum ac totius rei caput est.

Cœcitatem deploramus sæcularitum, qui omnem penè curam ac sollicitudinem suam rebus mundanis cùm impendant, partim omnino de salutis suæ negotio cogitant. Haud minùs profectò deploranda foret cœcitas Religiosorum, qui tanto nequaquam ardore profectum suum prosequerentur spirituales, quanto officio & negotiis à Superioribus ipsis demandatis intendunt, quoniam accessorium permutarent in præcipuum & oblivioni vocationis suæ finem traderent.

DE JUNIORIBUS PROEESSIS. 645

In omnibus hujusmodi negotiis & occupationibus constitutum sit nobis oportet, Deo potius placere, quam probantibus hominibus ea feliciter perficere: atq; si illis, quidquid Deus ingenii & industriæ nobis concesserit, impenderimus, ut illa pro debiti ratione exequamur, id fiat est necesse, quoniam sic ipse fert voluntas, non ut nostro fiat satis desiderio atque expectationi. Adhæc meminisse nos oportet, velle ipsum, ut amplius etiam in nostram incumbamus perfectionem, omninoque fore satius, si cetera omnia negligeremus, quam ut in illa delinqueremus.

Junior Professus semper ob oculos propositum sibi habeat oportet, Religiosam vitam amplexatum se non fuisse, in virum doctum, aut concionatorem ut evaderet, neque aliorum ibi ut sibi benevolentiam compararet, neque officii sive muneribus ut exornaretur, quin potius ut in suam perfectionem, hoc est in sui correctionem, per veram mortificationem, efficaciter incumberet. Multum ei proderit, si quot hebdomadibus vel quot mensibus sibi præstituat exercitium peculiare alicujus virtutis, aut destructionem alicujus vitii, sibi que certum numerum actuum tam interiorum quam exteriorum præscribat, quorum etiam in examine conscientiæ exiget rationem.

Sæpius in memoriam sibi revocabit sancti Spiritus istud effatum, nempe omnia penitus inutilia ac pura esse vanitatem, nisi quis Deo, timoris & amoris affectu, ac sanctæ voluntatis illius adimplerione, adhæreat. Deum, inquit, time, & mandata eius observa:

Eccle. 12.

13:

Ss 3

hoc

646 DE JUNIORIBUS PROFESSIS.

*hoc est enim omnis homo.* ubi S. Hieronymus subjungit : *Si hoc est omnis homo, ergo absque hoc nihil omnis homo.*

Animo etiam versabit, quod si tempore Novitiatus aliò non spectavit, quam suo ut benè in omnibus fungeretur officio, quo hac ratione gratiam mereretur professionis, vita nostra hic in terris est Novitiatus æternitatis, ac proinde eodem fervore continuare suum debet rectè in omnibus agendi modum, ut in morte sua dignus judicetur, qui in numerum beatorum cœli Professorum cooptetur, unde amplius ne excludatur per omnem timere non habet æternitatem.

II. *Ut tempus convenienter adhibeant, ac bene impendant.*

**B**oni Professi studiosissimè curant optimè uti tempore, quod ab actibus communitatis Religio ipsis in cellulis transigere permittit. Ipsum igitur impendant solis utilibus occupationibus, qualis est lectio librorum verè spiritualium ac devotorum, ex illis excerpunt egregias sententias, potissimum verò ex sancto Evangelio & Epistolis S. Pauli, quas aliqui penè integras memoria retinuerunt. His adjungo exscripta exempla insigniorum versiculorum Psalmorum & monitorum Sapientiæ Salomonis, ut illos mandent memoriæ, illisque utiliter in interiori animorum suorum occupatione utantur.

Lectio huic suæ intermiscet quædam cum Deo devota colloquia, atque animum quandoque intendunt ad aliquod genus orationis

De  
Oratione

DE JUNIORIBUS PROFESSIS. 647

tionis penitus affectivæ, & gustibus spiritualibus refertæ, quin aliâ ratione quidpiam meditentur, è qua quidam non rarò plus emolumentipercipiunt, quam ex illa, cui cum communitate vacaverunt.

Capitis gravedinem atque ignaviam expugnant brachiorum in formam crucis expansionibus, aliisque corporis incommodis habitibus ad modicum tempus perductis, atque eâ ratione superant otiositatem, atque in cellula sua Paradisum inveniunt exemplo illius, qui dicere amabat: *O beata solitudo, sola beatitudo!*

Ex illa qui egrediuntur, ut divagentur, ut hic & illic per varia Monasterii loca quærant animi relaxationem, magnam contra Deum admittunt infidelitatem, quæ sæpiùs punitur ariditatibus, quæ inde plerumque progenerant in pietatis studio torporem ac languorem, atque etiam in multis integram à primo statu suo defectionem.

III. *Ut hominem suum tam interiorem quam exteriorem probè excolant.*

**I**Nterior homo anima, exterior corpus est. Animam porrò suam excolunt, ubi magni, uti debent, faciunt illius dignitatem, quod in illa sit imago Dei, qui se in illa contemplando oblectatur, quamdiu vitiis & inordinatis animi motibus non deturpatur, sed in sua innocentia perseverat.

Hominem verò suum exteriorem excolunt, quando corpus in exacta continent modestia, ipsumque honorant veluti Fratrem Jesu Christi,

648 DE JUNIORIBUS PROFESSIS;  
sti, postquam Verbum Caro factum est; velu-  
ti Templum divinitatis; ac veluti sacrum Ta-  
bernaculum, quod ipse Christus Jesus præsen-  
tiâ suâ in sacra Communione sanctificavit. Ve-  
hementissimè igitur ab omni eo abhorrent,  
quo istud prophanari Sanctuarium posset:  
atque ut ipsum à vitiorum spurcitia ac putore  
rueantur, illud cum S. Paulo castigant ac vo-  
luntariâ afflictatione in servitutem redigunt.

CAPUT LXII.

*Regulæ peculiariores pro Junioribus  
Professoris, qui primum suum conser-  
vare volunt fervo-  
rem.*

1. **P**ER primum à professione sua annum il-  
lum cujuslibet mensis diem, qui erat,  
quando illam faciebant, sibi sibi legent, ut illo ipsi-  
us professionis memoriam celebrent, Deo gra-  
tias agendo, ad sacram accedendo synaxin, vo-  
taque sua ac sancta, quæ in illorum emissionem  
conceperant, proposita renovando.
2. Anno isto elapso iisdem affectibus cele-  
brabunt Anniversarium, huncque morem an-  
nuatim continuabunt, diem integrum solitu-  
dini atque animi collectioni consecrando, ac  
totius anni istius noxas confessione sacrâ ex-  
piando.
3. Per priores annos istos quotidie visita-  
bunt sanctissimum Sacramentum, ut Deo pro-  
vocationis suæ beneficio gratias agant, atq; ani-  
mi

De  
Oratione

mi sui sensus circa ipsum reficiant, nunquam illos præsentes ut ne habeant. Isti usus prævenerint ac impediunt, quæ illis obvenire possent, fastidia.

4. Plerumque semel singulis hebdomadibus Patrem Magistrum aut Directorem suum convenient, ut fideliter & candidè illis conscientiaæ suæ statum aperiant. quin ullâ illos ratione celent tentationes, defectus, affectiones aliasque suarum infirmitates animarum.

5. Amabunt austeritates atque singulis septimanis aliquas supererogationis obibunt pœnitentias, per aliquas diei saltem horas v. g. gestando cilicium aut setis, sive ferreis aculeis asperum cingulum, aut flagellis extra morem se cædendo, certo certius sibi persuadent, se, si rerum istarum nullo amplius teneantur desiderio, de statu suo plurimum defecisse, jamque sensualitatem in ipsis prævaluisse.

6. Sæpius petent mortificationes subire in Refectorio, cui etiam eorum petitioni Superiores habebunt annuere, potissimum in festorum Domini nostri, gloriosissimæ Virginis, ac præcipuorum Ordinis nostri Sanctorum vigiliis, uti & ipsa die festa Patroni, qui illis itto mense obtigerit.

7. Peculiari atque excellentiori devotioni studebunt in divino officio, sive in Choro cum aliis ipsum decantent, sive privatim persolvant. In Choro etenim ipsum decantare debent cum fervore, quin ulli parcant labori: privatim verò ipsum recitare debent haud minori cum reverentia atque attentione,

quin ipsum, uti nec alias vocales devotionis preces, præproperè præcipitent.

8. Cavebunt, ne pro solo more atque absque convenienti præmissâ præparatione sanctissima Confessionis & Communionis Sacramenta frequentent: permagnum enim periculum foret, ne eâ ratione in mentis excæcationem & cordis duritiem sensim incurrerent, veluti ex doctrina Sanctorum addiscimus.

9. Singulati pietate ac Religione erunt in sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, omnique studio se dignos reddere conitentur, qui ipsum frequentius sumant.

10. Quovis in loco suaviter atque amanter ob oculos sibi proponent gravem atque admirabilem mansuetudinem ac modestiam Domini nostri Jesu Christi, illi convenienter & ipsi ut agant.

11. Fideles imprimis erunt cogitationibus suis, ubi primùm manè fuerint expergefati, ad Deum dirigendis, perfectè ac celeriter elevando atque excitando omnes & singulas animæ suæ facultates, ut integrè sese offerant, atque in manus divinæ Majestatis suæ resignent.

12. Hanc sui met ipsorum oblationem ac bonum pro tota die reliqua propositum singulari facient cum fervore, ac sincero amore, illi tantum, quantum opus erit, temporis impendendo, ut cum attentione eliciant actus adorationis, gratiarum actionis, boni propositi, petitionum, fidei, spei, charitatis & alios. Illos enim prætermittere nunquam debent, nisi ubi fortassis omninò evidenter à Deo ad aliud quoddam melius exercitium, quo cor ipsorum di-

vina

De  
Oratione

vinæ ampliùs Majestati uniretur, trahi sese certò compererint. Id quod tamen adeò ordinarium non est, præpedire ut possit, quin ista horum actuum eliciendorum lex generalis existat.

13. Totam diem huic animi collectioni insistent, directiones videlicet convenientes omnibus & singulis operibus suis præmittent, easque frequentibus aspirationibus, paucis verbis expressis, uti & Deo placendi desiderio, animabunt, atque vitam excitabunt.

14. Si quando fortassis infidelitate suâ in aliquam prolapsi fuerint noxam, mox illam quadam modicâ susceptâ pœnâ eluere conabuntur, interea dum Sacerdoti illam relegendi tempus expectabunt, aut certè à suo Directore, illâ ei humiliter expositâ, hujusmodi pœnam imponi sibi curabunt. Quisquis ista omnia exactè servare atque adimplere conatus fuerit, sperare certò poterit fore, ut ad finem usque in cœpto perseveret instituto.

## CAPUT LXIII.

*De Studentibus.*

**N**onnulli juniores Religiosi, ubi ad studia deputantur, persuasum sibi habent, usque ad id temporis in Religione omninò nihil sese addidicisse, atque jam nunc futurum, ut rara ac sublimia doceantur. Eâ ratione qui cogitant lumine destituti quæ Dei sunt, uti oportet, non æstimant, neque comprehendunt. Quod enim tam in Novitiatu, quàm in Seminar

nar 0

nario docentur, sola vera ac necessaria scientia est, cum id quod deinceps addiscere habent, accessio duntaxat atque additamentum longaque minoris esse momenti certò dignoscatur.

Nunquid vera ac necessaria scientia est cordis ac salutis, conversionis animæ ad Deum, orationis, mortificationis ac virtutum? Ea enim sunt, quæ sine periculo ignorare non quibant, ac sine quorum notitia vitam in Religione duxissent animalem ac vitiosam: cum scientia illa, quam expectant, sit humana, speculativa, atque ad animum à Deo potius abducendum, quam ad ipsum adducendum idonea. Huic ergo priorem semper anteponant omninò est necesse.

Interea Religio, postquam scientiâ Sanctorum in ipsis solidum jecit ædificii spiritualis fundamentum, etiam cupit, ut docti evadant, ac prædictis scientiarum, tam pro Ordinis fulcramento, quam sanctæ Ecclesiæ utilitate, ornamentum adjiciant. At huic studio aliâ ratione intendere non debent, quam æquè pura, atque æquè expeditâ intentione, ac quævis reliqua ab obedientia injuncta susceperere atque executi fuere negotia.

Porrò pura intentio eorum non foret, si eò spectarent, ut, ubi ad novum hunc in Religione gradum procederent, in illo minus subjectionis & plus eis esset libertatis. Quod si studiis vacent, ut ingenio atque animo suo satisfaciant, vituperabilis *curiositas* est. Si studio suo hominum laudes atque excellentis ingenii existimationem aucupentur *stulta vanitas* est. Si Fratribus suis præstare conitantur, illis ut anteponantur, atque idcirco ægrè ferant, quod  
 aliâ

De  
 Oratione

alii ipsos anteedant, culpa *invidia* est, cuius rei coram Deo cum sint, hic studiis eorum nequaquam benedicet: atque omnis, quam acquirere poterunt, scientia citius aut ferius in hac vita, ac fortassis etiam in perpetuum in altera in solam eorum redundabit verecundiam & confusionem.

S. Bernardus omnes istas perversas condemnat intentiones, docens, ut scientiam ne abutamur, opus esse, ut ea duntaxat addiscere studeamus, quæ, ut bene vivamus, ignorare non debemus, hoc est Theologiam, quæ est scientia eorum, quæ credere debemus per fidem, & re ipsa per bonos mores perficere. *Sunt*, inquit sanctus ac devotus hic Patet, *qui scire volunt, eo tantum sine, ut sciant, & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Et sunt, qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, v. g. pro pecunia, pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt, qui scire volunt, ut adificent, & charitas est, & item, qui scire volunt, ut edificentur, & prudentia est. Horum omnium ultimi duo non inveniuntur in abuse scientiæ, quippe qui ad hoc volunt scire, ut bene faciant: Nam intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Serm. 36. in Cant.

Potissimum ergo studiis intendere debent Fratres nostri, ut Dei adimpleant voluntatem ac satis obedientiam faciant, successum divinam committentes providentiæ. Hac ratione æquale coram sua Majestate meritum erit illius, qui amplum, & illius, qui nullum facit in scientia progressum, si modò uterque fructuose impen-

impendere connititur tempus studendi, quod illi Religio permittit, idque faciat æquè puro incitamento impulsus.

Quidam non ignotus raræ virtutis Religiosus, qui ad percipiendos Dei in oratione afflatus, quàm scientias in studiis acquirendas capacior cùm esset, nihilominus haud minori, quam Confratres ipsius, assiduitate studiis, etsi exiguo intendebat eum profectu. Aliorum ergo non nemo familiaritùs ei dicebat: Nonne vides, quod è scriptis tuis intelligis omninò nihil? Ut quid ergò studendo tibi caput obtundis? Cui ille subridendo respondit: Frater charissime, non studeo equidem, ut doctusevadam, sed obedientiæ satis ut faciam.

S. Franciscus eâ ratione Fratres suos incumbere studiis voluit, ne ista spiritum in ipsis orationis præfocarent. Hoc est, ut ex ipsis studiis mentem ad Deum elevandi atque ipsum amandi occasionem arriperent. Quoniam committere nemo debet, eousque desiderium & oblectatio studiorum ipsi ut dominetur, ut desiderium & gustus Dei in ipso suffocetur.

Cùm è primis illius sociis nonnulli intellexissent, complures honoris gradu in Academicis tam Parisiensi quàm aliis in Europa jam tum insignitos, Ordini suo fuisse aggregatos, sanctum Fundatorem sciscitabantur, utrum voluntatis ipsius esset, ut Fratres illius studiis operam navarent, quibus ille respondit: *Mihi quidem placet, dum tamen Christi exemplo, qui magis orasse legitur, quàm legisse, orationis studium non omittant.* Indeque subjunxit: *Nec tantùm studeant, ut sciant, quali-*

De  
Oratione

ter debeant loqui, sed ut audita faciant. & cum audita fecerint, aliis facienda proponant. Volo enim Fratres meos discipulos Evangelicos esse, sicq; in notitia veritatis proficere, quod in simplicitate puritatis conerescant. Opusculo S. Francisci.

S. Vincentius Ferrerius instruens Religiosum, qua ratione utiliter studere deberet, ait, opus esse illi, ut sapiùs à libris abstractos oculos elevant ad Deum cum pace ac spiritus recollectione, ut ita ipsius Dei sibi spiritum attrahat. Atque istà ratione oratio studio miscetur. Neque enim scientiam ullam possumus adipisci solà nostrà applicatione aut industrià, sed dono & gratià Dei, qui in illa dispertienda liberalis est erga humiles & devotos ad ipsum confugientes, cum parcus sit in superbos ac præsumptuosos.

S. Thomas Aquinas & S. Bonaventura ingenuè confitebantur, orationis multò se, quàm studii beneficio doctiores evasisse; non quidem fortassis, quod scientiarum lumina illis fuissent sub ipsis precibus communicata, istè enim distractiones fuissent, sed tum temporis merebantur, ut illa eis Deus, ubi opus haberent, infunderet.

Scientia illorum neque arida neque sterilis erat, sed cum quadam unctione & gustu Dei sapidissimo conjuncta. Sapientiam potiùs illam dixeris, quàm scientiam, quia omnes suas cognitiones in laudes Dei ac devotionis argumentum convertebant. Quantumvis speculativæ adeoque minùs ad illis ex seipsis conferendam unctionem idoneæ illæ forent, ipsi ta-

men

men eas ad Deum referendo, suam in ipsis re-  
periebant ædificationem, studiosius cavendo,  
ne naturale ingenium in illis curiosius con-  
quiesceret, aut ullas ab hominibus laudes ac-  
ceptarent: sed solam Ecclesiæ utilitatem, fi-  
dei Catholicæ fulcimentum, ac salutem anima-  
rum magnâ sinceritate spectando.

Et verò haud ignoramus à divino Aposto-  
lo D. Paulo fructum atque utilitatem studii  
non constitui præcisè in scientiæ acquisitione,  
sed in illius acquirendæ ac possidendæ ratio-  
ne. *1. Cor. 8. 2.* *Si quis, inquit, se existimat scire aliquid,*  
*nondum cognovit, quemadmodum oporteat*  
*eum scire.* In quæ verba D. Bernardus ita  
ait: *Hides, quomodo fructum & utilitatem*  
*scientiæ in modo sciendi constituit.* Atque si  
diceret, latis neutiquam esse, quod libros quis  
pervolvât, quòd speculationibus intendat,  
quòd ingenii acumine ac memoriæ polleat te-  
nacitate, verùm rei caput in eo situm esse, ut  
quis habeat unctiorem ac devotioris gustum,  
quem Deus humilibus ac propriæ excellentiæ  
minùs studiosis indulget. Sancti illi nunquam  
studii vacabant, quin animum priùs ferven-  
tius ad Deum elevassent, ac Spiritus sancti au-  
xilium implorassent, cum proprio suo nullâ ra-  
tione niterentur, atque idcirco cordis ipsorum  
humilitas gratias atque illustrationes abundan-  
tiores illis conciliabat.

Eorum igitur exemplo devotus Religiosus  
studens studiis istam aut similem præmittere  
directionem nunquam intermitteret. *Domine Deus meus, qui Rex es scientiarum di-*

stri-

" sributor , ac Magister animorum , quibus  
 " esse potest nihil, nisi quod tu illis donare vo-  
 " lueris : Offero me divinæ Majestati tuæ,  
 " omninò agnoscens meam quidquam addi-  
 " scendi aut comprehendendi impotentiam,  
 " nisi tuas tu gratias atque illustrationes im-  
 " pertitus mihi fueris. Tantundem igitur il-  
 " larum te humillimè oro , quantum tu vo-  
 " lueris ac mihi ad meam conducere salutem  
 " ac Religionis obsequium noveris : ex nunc  
 " enim renuncio omni vanitati , propriæ exi-  
 " stimationi aut præ reliquis meis Fratribus  
 " prærogativæ, teque sincero corde rogo, illas  
 " mihi ut deneges , si futurum prænosti , illis  
 " quavis ratione ut utar , quæ tuæ sanctæ sit  
 " contraria voluntati. Noli, quæso te, sperere,  
 " ut eo studiis intendam ardore , ut rerum spi-  
 " ritualium , illis longè potiorum ac præstan-  
 " tiorum, gustum amittam : neque etiam so-  
 " cordiâ meâ mei curam ut abjiciam. Tuam,  
 " Virgo sacratissima, hîc opem quoq; imploro.  
 " Et tu Angele Dei, qui custos es mei, cogita-  
 " tionibus bonis me illustra ac memoriam me-  
 " am ad aspirandum ad Deum sæpiùs excita.

Devotus Religiosus studens nequaquam  
 satis habet, quod eâ ratione Deo studium suum  
 obtulerit, verùm etiam singulis horæ quadran-  
 tibus ad divinam Majestatem, vel simplici quo-  
 dam amoris pleno obrutu , vel dilertè conce-  
 ptis actibus, juxta quod interiùs dispositus ipse  
 fuerit, aspirat.

Nonnulli ut in seipsis frequentem hanc Dei  
 excitent recordationem , certis utuntur indu-  
 striis ab ipsorum pio desiderio inventis, veluti

T

ista

ista est, ut coram oculis suis supra mensam suam majusculis literis scripta habeant verba ista: *Maledicta Dei oblivio* aut aliam confimilem sententiam: aut ut coram habeant Christi in crucem suffixi, aut devotam quampiam Beatissimæ Virginis imaginem, cujus intuitu ad seiplos revocentur.

## CAPUT LXIV.

*Magni momenti monita pro Religioso studente, qui sub studiis suis spiritum devotionis conservare desiderat.*

**E**Xtracta sunt monita ista è duobus exercitiorum libellis à nostro V. Fratre Joanne à S. Sampson, ac discipulo ipsius V. P. Dominico à S. Alberto in gratiam eorum, qui fermè primi in Reformatione nostra studentes extitere, compositis. Porrò ad tria illa capita queunt reduci. Primi generis spectant ad interiorem ac particularem cujusque agendi rationem, alterius generis pertinent ad communes vitæ Regularis actiones, ac tertii denique ad munera officii Scholæ. Præstantissimi igitur isti Directores ita loquuntur.

*Quantum attinet ad interiorem agendi rationem.*

I.

**S**Uppposito, Frater charissime, quòd Deum gustaveris, quòd in oratione ac mortificatione

tione te exercueris, quòd acquirendis virtutibus utiliter incubueris, quodque sis, uti esse debes, ad studendum vel non studendum indifferens: obedientiam ad studia animum applicandi accepta veluti specimen fidelitatis circa amorem, quem toties Deo promisti, ut nisi illo non oblecteris, quin unquam propriam quæras animi voluptatem.

## I I.

Ex aliorum plurimorum lapsu metuere discere, ne in studiorum exercitio perdas, quidquid hæctenus lucrari fortasse potuisti. Etenim quòd studia orationi & humanam scientiam divinæ sociare sapientiæ illi non nossent, paulatim remissiùs agere, indeque omninò ceperunt dissipari, ac tandem ad talem Dei oblivionem, ac devotionis, rerumque spiritualium devenere fastidium, ut adeò profundè in amorem proprium ac sensualitatem sint prolapsi, atque antea elevati, atque in Deo videbantur esse constituti, ut proinde de ipsis dici queat:

*Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? Quomodo tam egregium initium finis adeò miserandus excepit? Quomodo manè, quod diem adeò serenam promittebat, obscuratum tam subitò fuit?* Isa. 14. 12.

## I I I.

Sincerè & unicè in hac nova occupatione Deo placere desidera, atque illius continuam conservare præsentiam conare. Non quidem quod integrè omninò ad studium atque ad Deum attendere simul valeas, hoc enim possibile non est, sed opus est, ut intellectum stu-

dio impendas, ubi interea voluntas tua in sua Deum amandi intentione atque ipsi placendi desiderio invariata persistit. Studiosius animadvertere, verum amatorem ad actionem, quam facit, non adeò esse attentum, quin omnem amorem atque intentionem suam erga illum, ob quem illam facit, conservet. Velut Artifex, qui opus aliquod in officina sua facit pro quodam Domino, qui ipsum ei comendavit, dum animum suum operi suo ritè perficiendo habet intentum, corde nihilominus atque intentione actuali & continua, etsi absque ulla inquietudine, eò spectat, Domino illi satis ut faciat.

## IV.

Tua ad studium applicatio, ut sit virtuosa, esse debet inter nimiam sollicitudinem ac negligentiam, quæ duo extrèma vitia sunt, media ac moderata. Ex una enim parte cavere debes, ne sub prætextu devotionis negligens, socors atque ad studia indifferens existas, quoniam vult Deus, illis ut intendas, prout oportet, quamdiu id tibi Religio injunxerit. Ex alia verò parte similiter cavebis nimiam sollicitudinem, quæ est quædam aviditas, sive animi ingluvies, quæ te eò impelleret, ut cæco velut impetu in scripta tua ferreris, quin quasi unquam ad Deum te revocares, aut tempus tui agnoscendi aut colligendi, ubi etiam in cellam reversus fuisses, tibi permetteres. Hoc ipsum verò plurimum adversaretur tuo puri amoris ac solius divinæ explendæ voluntatis, absq; ulla tua voluptate, intentionis exercitio.

In

De  
Oratione

In istis æquò curiosioribus animi impetibus adhibenda tibi violentia erit, ut non solum pro more recepto ores salutationem Angelicam *Ave Maria*, verum etiam ut aliquamdiu in scabbello tuo precatorio genuflexus persistas, ut illos cohibeas ac sensim illis modereris.

## V.

Adhæc oppugnanda & superanda tibi *Vanitas & Invidia* erit. *Vanitas* enim fortassis tibi suggeret cogitationes propriæ excellentiæ, ac in Schola eminendi atque apparenti ambitionis: v. g. ut inter meliores habearis studiosos, ut publicas Theses præ reliquis Fratribus tuis, utpote magis illis idoneus, propugnes, aliisque hujusmodi prærogativis potiaris. Hinc etiam stimulari poteris *emulatione & invidia* adversus eos, qui te existimati magis idonei tibi fortè fuere antepositi. Verum adversum hæc gemina vitia, quæ puram ac simplicem intentionem tuam omninò evertunt, sequentia concipere debebis proposita. 1. Toto studiorum tuorum tempore nihil animo concipiendi vel designandi, neque quidquam aliud petendi aut quærendi, quàm obedientiæ satis ut facias ac divinam adimpleas voluntatem. 2. *Æquè lætandi*, ubi Fratres tui sua ritè & cum laude peregerint, atque tu ipse si faceres, quoniam æquè per alios ac per te glorificari potest Deus. 3. Quinimò etiam ampliùs gaudendi, quòd alii sua benè faciant, quam ipse si faceres, eisque ex animo omnes cedendi honores ac prærogativas. Neque enim Dei gloria, neque tua perfectio, quæ sola sunt, unicè desiderare

quæ debes, scientiæ aut omnium exiguorum istorum beneficio promoveretur honorum; quin potius econtrariò abjectio & cordis humilitas potissima sanctitatis adipiscendæ via ac ratio est.

## VI.

Veluti tentationi manifestæ diffide verbis assentatoris à quovis fortasse prolatis, esse nimirum te magnæ expectationis hominem, fore te insigniter doctum, egregium Lectorem, aut Professore, Prædicatorem sive Superiorem, Cuncti etenim sermones isti ad nihil intervunt, nisi te ut impleant vanitate, atque à simplici intuitu tuo, quo solum Dei amorem, atque illius in studiis tuis adimplendam spectabas voluntatem, avertant ac procul abducant.

Audi potius S. Bernardum de modo in Religione studiis vacandi ita loquentem: *Modus sciendi est, ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine quæq; nosse oporteat. Quo ordine? Ut id prius, quod propius ad salutem. Quo studio? ut id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? ut non ad inanem gloriam seu curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad edificationem tui vel proximi.* Serm. 36. in Cant.

## VII.

In istud imprimis incumbe, ut semper benè facias tuam orationem. Atque idcirco nunquam ad illam accede, quin te præviè præparaveris, ac saltem aliquod argumentum determinaveris, ad quod, si fortè distractionibus, quæ satis ordinariæ atque importunæ tibi erunt, fueris impetitus, queas recurrere. Argumentum hoc

De  
Oratione

hoc poterit esse exemplum vitæ Salvatoris nostri aut Sanctorum, aliqua sancti Evangelii aut Epistolarum D. Pauli, aut Sapientiæ librorum sententiæ, ubi nimirum prolixiori vacare lectioni per temporis angustias tibi non licebit. Atque ubi orationi cum communitate vacare non potueris, omni studio ac fidelitate in illam privatim incumbere conare. Tempus nocturnum à dictis in Choro matutinis ad hoc opportunissimum erit.

## VIII.

Diebus Dominicis ac generalis, ut vocant, communionis festivis horam integram orationi mentali inter primam ac majorem missam, sive inter vespas & cœnam vel completorium post simplicem & affectivam lectionem spiritualem extraordinariè impende. Eâ ratione spiritum & usum orationis conservabis, totiusque septimanæ jacturas resarcies: cum nimis quàm verissimum sit, paucos studentium satis colligere ac tranquillare posse seipso, ut duabus illis horis dimidiis, quæ ipsis quotidie indicuntur, orationem bene faciant, illorumque compluribus familiarissimum esse statum ariditatis.

Diebus istis in studia ne incumbas, sed illos integros, præter vespas, animi collectioni impendas: neque sis ex numero eorum, dictitare qui amant, quòd si tantum temporis orationi impenderent, nihil addicerent. Exempla enim Sanctorum testatum contrarium faciunt, quoniam unanimiter fidem illi fecerunt, ad proficiendum in scientiis plus illis orationem

quàm studia contulisse. Qua illos proportione imitari contenderis, eâ dicti ipsorum veritatem reapse experieris.

## IX.

Quod si diebus istis æquè atque per hebdomadam ariditas tua perstiterit, aut distractiones importunæ tibi fuerint, ne propterea horam illam Deo consecrare prætermittas. Veruntamen fortassis expediet, ut de consilio Directoris tui intermiscas lectionem alicujus libri affectivi, ac verè spiritualis, aut vocaliter proferas egregias preces aliquas aut actus formatos atque in scriptum redactos. Quod si verò neque ista industria tibi profecerit, tene te in silentio interiore cum gemitu in Dei præsentia, quantocunque afficiaris fastidio. Ex eo enim quòd plures hoc monitum reipsa exequi neglexerint, fuerunt prolapsi, cum tamen antea eximios Dei attractus perlesissent.

## X.

Neque minoris fermè momenti erit, ut quotidie, absque ulla intermissione, saltem per horæ quadrantem lectioni spirituali des operam. Tutius atque ad hoc aptius tempus est matutinum, antequam lectioni tuæ scholasticæ vacare incipias. Delectus librorum hic imprimis necessarius erit, neque enim omnes æquè ad instruendum ac movendum idonei existunt. Ubi dispositionem atque inclinationem tuam Directori tuo aperueris, hic judicabit, quem tibi dare debeat, veluti etiam rationem reddes illi profectus, quem inde eliceris.

## XI. In-

De  
Oratione

## X I.

Insigni pietate semper esse contende in sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, si in studiis cupis proficere: ipsum enim, teste S. Chrysostomo, *Arca luminum* est. Pias ista fuit, quæ D. Thomam Aquinatem tantum adeoque profundum Theologum constituit. Illius ad imitationem Sacris ministrando delectare. Speciatim verò diebus Dominicis ac festivis, uni saltem ministrare conitere. Lætitiam quoque non vulgari perfundere, ubi minoribus Altaris officiis peragendis in celebrioris ritus missis occupaberis. In Choro coram illo magna cum reverentia & gravitate caput & corpus inclina ac genua flecte. Ipsum quotidie, quantumvis tantillo tempore, visita. Hora commodior erit à recreatione pomeridiana aut repetitionibus. Quod si quæ difficultates tibi occurrerint, has reitera visitationes, atque haud vulgare inde percipies emolumentum.

## X II:

Terna tibi exercitia præstare, è quibus eximium sperare habebis subsidium. Primum est, ut cum tui Directoris licentia quovis mense aliquam seligas Dominicam, in qua vacando solitudini in tuum statum inquiras, atque omnes hasce regulas relegas, ut videas, num illas observes, aut quantum ab illis aberraveris. Secundum, ut quavis hebdomada unam alteramve supererogatoriam pœnitentiam sive corporis macerationem, juxta vires tuas ac Directoris tui ordinationem, suscipias.

T t 5

Ter-

Tertium, ut saltem singulis quindenis aliquam in Refectorio subeundam peras mortificationem, nisi in Capitulo aut Culparum exercitio aliqua iuncta tibi fuerit. Atque licet solus tu fores, qui huiusmodi exercitia susciperes, in illis tamen remissius agere cavebis.

*Quoad actiones vitæ regularis communes.*

1.

**H**Aud equidem ignoras, quemvis bonum Religiosum esse vitæ regularis amantem, & qui huiusmodi non fuerit, bonum Religiosum minimè omnium posse censerì. Hanc igitur veritatem tibi semper habeto persuasissimam, atque omninò caveo, ne, doctus ut evadas, bonus esse Religiosus desistas: æquâ enim sic Dei punitione utroque dono orbareris. Bonus quidem porrò Religiosus non fores, quia regulatam vitam negligeres: neque etiam in virum doctum evaderes, quia Deus studiis tuis neutiquam benediceret. Ecqua enim ratione benediceret, quod contra ipsius voluntatem quis susciperet?

2.

Hoc etiam certò persuasum tibi habeto, fore nunquam, ut ex te ipso ac propria industria vel minimum assequaris scientiæ gradum, neque quidquam obtineas, nisi quantum tibi Deus indulgere voluerit. Ut igitur ab ipsius bonitate scientiam, quam tibi donare ab æterno constituit, obtineas, quidquam facere vel omittere metue, quod ipsum refrigerescere faciat

aut

aut  
Om  
ciali  
be,  
tibi  
ris.  
exif

qu  
pro  
lice  
nic  
est  
qu  
cap  
pri  
in  
gio  
lat  
er  
re  
ris  
xi  
di  
pe  
m  
ri  
q  
il

aut adversum te ad iracundiam provocet. Omnes quidem communitatis actiones, specialiter verò officium divinum, in deliciis habe, atque hoc certum tibi sit indicium, optimè tibi convenire cum Deo, si Chori amantior fueris. Econtrariò verò multum te jam defecisse existima, illius fastidio si afficeris.

3.

Ab illo igitur nullo unquam tempore, sub quovis etiam obligationis argumentandi aut propositiones oppugnandi obtentu, absis, quin licentiam expressam obtinueris. Etenim Seniorum nostrorum verissimum proverbium est: *Maledictum studium, propter quod relinquitur divinum officium.* Nullo igitur illius capiaris fastidio, quin potiùs memento, propriam status Religiosi functionem esse Deum in Choro collaudare, ac dicito: Statum Religiosum potissimum amplexatus fui, ut Deum laudarem, non verò studiis ut vacarem. Illud ergo caput, istud accessio est. Quod si quando tentatio tibi subreperit, ut aliquo illius capiaris fastidio, eo quod æquò tibi videatur prolixius, aut quod ei adjectum aliquod fuerit additamentum, ne pausæ interrumpendæ te interponas, aut in corde tuo adversum illos obmurmures, convenientem servare qui voluerint. Aliã ratione si egeris, alia quæpiam, quàm Dei, cor tuum occupavit affectio, quæ illi in illius dominatur dispendium.

4.

Accuratus esto in obeundis quibusvis officiis tibi in communi, ut vocant, tabula demandatis,

datis,

dati, neque committas, ut alteri quodpiam eorum peragendum relinquant, nisi forte tibi aliud cum isto incompatible obedientia injunxerit. Veruntamen magnâ tu cum charitate accipias ac perficias, si quod tibi Fratrum tuorum quispiam commiserit.

5.

E cella ad primum campanæ ictum, veluti in Novitiatu factitare amabas, egredere: quod si concedendum ad Chorum tibi fuerit, evestigio animum tuum omnibus studiorum ideis expedire contende, quas si ab illo non excluderes, continuæ tibi distractionis argumentum præberent. Idem quoque faciendum est tibi, ubi è Schola statim adeundum fuerit divinum officium.

6.

In conversatione cum Fratribus tuis etiam in minimis rebus virtutes Religiosas exerce. Hac enim ratione usu ipso discas etiam in majoribus nunquam deficere. Ternastamen potissimum habeto tibi commendatas, quæ præ reliquis exterius parent, & conversationem tuam, sive in recreationibus, sive alibi, maximæ ædificationis atque acceptissimam constituent, Prima est *charitas fraterna* in tolerandis Fratrum tuorum defectibus, aut difficilioribus fortasse moribus, atque ne de quopiam aut ullius capacitate nisi benè loquaris. Altera est *humilitas*, qua Fratres tuos in pluribus minoribus officiis & obsequiis antevertas. Tertia est *modestia*, quæ, ultra cogitari quàm queat, ad cordis & animi collectionem conducit. In istis igitur ne vel tantillum remitte, quin potius

De  
Oratione

nus quasvis de illis regulas, haud secus atque in Novitiatu, observa, qualiacunque tibi contraria occurrere quiverint exempla, & quantumvis solus fores, qui istam servares accuratorem. Audi quomodo de isto virtutum in rebus minutis exercitio loquatur noster Ven. P. Dominicus à S. Alberto. *Vellem, inquit, Fratres charissimi, ut hoc altius cordibus vestris impressum haberetis, fore nimirum aliquando, ut occurrant occasiones, quae nihili esse videbuntur, in quibus tamen maximum obtinebitis gradum amoris, si in illis virtutes, praecipue fraternae charitatis & humilitatis, exercueritis.*

7.

Veluti studium interiore, ita & plerumque aufert simplicitatem exteriorem, & conversationem audacem, derisoriam atque aliorum illuloriam, plenam constituit ironiis, hyperbolicis locutionibus aliisque permagnis defectibus, à quibus quidem ubique maximè tamen cavebis in recreatione. *Noli, inquit illuminatissimus caecus noster F. Joannes à S. Samplone, esse è numero eorum, qui tempus recreationum transigunt vanitasibus, distractionibus ac jocis & facetiis, haud absq; horum aut illorum contemptu. Quod site presente similia fiant, quae praevidere non queas, saltem gravi vuli<sup>9</sup> ac oris compositione ostende, ea tibi minus placere, semperq; memento, tempus omne, quod istis conteritur, omninò inutiliter dissipari.*

8.

In conversatione cum aequalibus tibi bonum esse judicabis, quidquid aperte malum non fuerit,

fuerit,

fuerit, quin tamen indiscretè omnibus, quæ ipsi voluerint, fecerint aut dixerint, te accommodes. Quod si quid te præsentè contigerit, quod conscientiam tuam lædere, aut justam ac rationabilem in animo tuo causare queat inquietudinem, sile, idque postea cum Directore tuo communica, aut Superiori absque ullo metu denuncia.

De cetero dulcem, affabilem, & omnibus religiosâ urbanitate, honestate, rationabili discretione, atque altissimâ in Christo Jesu charitate amicum te exhibe. Verba illa sunt ejusdem illuminati cæci nostri. His ista adjungit; *Quod si qui Fratrum tuorum exercitio manifestè sunt imperfecti, illis, quantum potes, gratificare. Si eorum minùs bonæ videntur opiniones, eas magnâ prudentiâ dissimula. Quod si qui nimium excedant, illos ne sequaris, neq; tamen etiam cum illis contendas, sed medium tenendo æqualis semper esse studeas, neq; hac re potius quàm illâ commovearis, sed identidem intus ac foris quibusvis inordinatis motibus immunem te conserves.*

## 9.

Quoad ordinarias recreationes, illas diebus, quibus Schola frequentatur, impendes repetitionibus ac disputationibus. Diebus verò Dominicis ac festivis colloquium erit de rebus piis, modo tamen simplici, non verò quasi per modum controversiæ aut contentionis: hoc etenim æquè, atque alia, devotionem tuam evacuet. Hora porrò elapsa cum fuerit, illico absque ulla mora ad cellam te recipies.

## IO.

Ardor, quem disputationes ac de studio-  
rum argumentis collationes quandoque requi-  
runt, charitate ac modestâ humilitate componi  
ac temperari omninò debet.

1. Charitas tua ea erit, ut nunquam verbis  
aut operibus offendas aut quempiam Fratrum  
tuorum contemnas. Quod si forrè fortuna ti-  
bi incogitanti quid huiusmodi exciderit, statim  
te corriges & tatis illi facere connitèris.

2. Prudenter dissimulabis ac patienter to-  
lerabis verba ingrata aut injuriosa ab aliis forrè  
contra te prolata, quia *Charitas omnia suffert.*

3. Nunquam Fratres tuos rubore afficies,  
quòd illis præferendo te quasi ipsorum igno-  
rantiam palam facias, sed & si è Scholâ totius  
imperitioribus fuerint, illis parces.

4. Postquam opinionem tuam rationabili-  
liter propugnaueris, si aliis illa non arrideat, il-  
lis concedes & modestâ humilitate superari te  
sines, ne pertinax aut iudicii nîmiùm tenax &  
cerebrosus esse videaris.

## II.

Diebus vacationis à studiis, quibus recrea-  
tionis extraordinariæ quid amplius solito in-  
dulgetur, mortificationi studebis, offerendo te  
ad hoc, ut illâ tantisper priveris, ubi nimirum  
Patrem aliquem in urbem ad opera charitatis  
euntem comitaberis, aut clavium portæ curam  
geres. Cogitabis si quispiam hac privari de-  
beat recreatione, ut illa alter potiatur, te esse  
præcipuè, qui id promerueris, quoniam vita  
tua coram Deo perpetua ignavia est. Quod si  
Supe-

Superior tibi minutiora hujusmodi ministeria injunxerit, quin ipse tu ad ista te obtuleris, æquo animo accipe, atque omni studio cave, ne fortè, ubi illa invitè aut cum obmurmuratione susceperis, omni merito orberis.

12.

In omnibus bono Fratribus tuis esto exemplo, ne fortè immodestia tuâ ac sensuum immoderatione illos ad te in similibus imitandum allicias, qua te coram Deo permagnæ reum te noxæ constitueres. Bonum æque ac malum exemplum multum valet in illis, qui ipsum intuentur. *Paulatim descendit in peccata, & vim præceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri.* Seneca Epist. 5. ad Lucill.

13.

De defectibus & erratis tuis tam à Superiore ac Directore tuo, quàm à quovis alio mone-ri te libenter permitte. Quin & in aliquo tuorum hanc fiduciam colloca Fratrum, quem habebis velut Angelum custodem, & pro quo certas quaspian preces profundes, quoties tibi istud præstiterit charitatis officium.

*Quoad munia & officia Scholæ.*

I.

**S**Tudia tua cuiquam Sanctorum, quem eliges in eorum Patronum, & cui illorum commendabis successum, consecrato.

II, Stu-

## II.

Studio tempus omne, quod eo tibi sine Re-  
ligio permittit, impende. Repete, propone,  
argumentate atque omnia Scholæ munia ac-  
curatè exequere, hæc enim voluntas est Dei at-  
que istam, exemplo Fratrum tuorum, Regenti  
sive Lectori tuo debes animi voluptatem. Ca-  
ve, ne metus tuæ prodendæ ignorantia te im-  
pediat, ne coram Fratribus tuis loqui atque  
animi tui sensa exponere non ausis; idè enim  
studens es, ut discas, atque in hoc reipsum ut  
vincas exigit humilitas.

## III.

Cave etiam, ne studium tuum tractatum  
anticipatione confundas: quin potiùs exactè  
& gradatim sequere scripta, quæ Pater Lector  
tuus dictaverit. Magna enim erratio & asper-  
ta vanitas est eorum, qui gravioribus studiis  
addicti Oratoribus aut Poëtis, Fabulis aut Hi-  
storiis operam navant, qui Philosophiæ studere  
cum deberent, Theologicis vacant, aut qui  
Theologiæ studio appliciti componendis va-  
cant sermonibus. Unde fit, ut ad nihil idonei  
evadant, semperque ignavi perseverent. Cun-  
cta ergo suo tempore facito, juxta quod Re-  
ligio, quæ Dei voluntatem palam tibi facit, im-  
peraverit.

## IV.

Ut ritè proficias, tua solummodò legito  
scripta, neque ullus alius tibi sit scientiæ liber,  
nisi fortè tibi subinde aliquis ad modicum tem-  
pus fuerit datus à P. Lectore. Proinde Biblio-

thecam aut nunquam aut rariùs ingredi: aliàs ibi tempus inutiliter teres.

Seniores nostri hac in re ternas nobis per exiguas præscribere regulas: *Lege pauca, meditare diu, disputa multum.* Atque si dicerent: *Lege pauca*, id est nil præter scripta tua. Illa benè meditare, in animo tuo considerando nexum conclusionum cum suis principiis, ut & istorum principiorum cum aliis. *Discepta ac disputa multum*, ut ingenium tuum excites & aperias.

## V.

Antequam studere incipias, semper genibus flexis in scabello tuo precatorio directionem ad eum modum, quo jam dixi, aut mentaliter, si in hoc quid pietatis amplius per sentiscis, præmittas. Verùm ne utiquã tibi sufficiat simplex genuflexio aut nuda Salutationis Angelicæ oratio, id enim exile nimis foret ac jejunum. Quin & ipse facillimè dijudicare posses, penè nihil id esse, atque in interiore conscientia tua contentus omnium minimè fores: subinde & per intervalla oculos in Deum conjice, aut aliquod ad ipsum suspirium dirige, quin tamen idcirco studia tua interrumpas. Quod si quid intelligere aut capere non queas, ad orationem convertere & positus humi genibus amanter dic: *Nolo, Domine, quidquam scire, nisi a te: si tuæ sit voluntatis, ut istud intelligam, tum mihi expone, nihil enim ego illius percipio.*

## VI.

In charta annotabis omnes tuas difficultates, ut illarum explicationem à P. Regente vel in publico,

De  
Oratione

publico, vel privatim, pro illius commoditate, ita exquiras, tuis ut Condiscipulis, totum tempus impendendo, importunus ne existas. Illis enim in omnibus & per omnia charitate concedas oportet. Easdem quoque difficultates tuas aliquando proponere poteris cuipiam e Fratribus tuis, cui fortasse Deus, intuitu humilitatis tuæ, sat luminis suggeret, illas enodare ut queat.

## VII.

Ad primum mox pulsam campanæ haud minori cum studio ac festinatione, cellulâ relicta, ad Scholam te conferto, quàm ad Chorum advolandum esse tibi jam dixi. E cella tamen etiam ante tempus non egredere, ne horam expectando ipsum otio transigas, & cujus momenta singula pretiosa cum existant, vel tantillum ipsius perdere religioni habere omnino debes. Ad Scholam silenter atque oculis in terram demissis accede. Illam subiens aquâ lustrali te consperge, genibus inde flexis tuam renova Directionem, ac locum delige ad scribendum ac Lectorem audiendum commodum, eâ tamen conditione, ut si alius ipsum delegerit, tu charitate illum ei concedas, neque ullum unquam alteri eripias, quem ille elegerit.

## VIII.

Modestè & cum silentio præstolaberis adventum Regentis, quin deambules, disputes, aut garras. Scribendo cavebis, ne illis, qui proximi tibi assederint, onerosus, quin potius officiosus existas, illis calamum, atramentum,

V v z char-

chartam, ubi opus habuerint, commodando ;  
voce submissâ verbum aliquod , quod fortè  
ipsi satis non perceperint, repetendo, aliaque  
similia ex charitate faciendo , quantumvis hac  
ratione discrimen ipse adeas , ne verbum ali-  
quod omittas : semper enim propriæ Fratris  
tui antepone debes satisfactionem,

## IX.

Sub lectione scholastica continuum sit o-  
portet silentium, Tuum verò præsentix Dei  
exercitium tale erit, qualis tua in ipso amando  
fidelitas : simplicem tuum in divinam Maje-  
statem illius coniectum intuitum continuare  
poteris, quin ad ipsam lectionis explicationem  
attendere desinas : id enim impossibile nequa-  
quam est illi, qui commotus interiùs fuerit.  
Quod si verò animadvertas, ab interna te pace  
& Animi collectione nonnihil esse abstractum,  
quibusdam uti te oportebit industriis, ut te ad  
divinam Majestatem revoces, & attollas.  
Qua de re cum Directore tuo communicabis  
consilia,

## X.

Ubi primum datum fuerit signum è Schola  
egrediendi, illic porrò ne hæreas, vel in via  
disputando aut colloquendo distineri te sinas;  
quin potius celeriter atque in silentio in cellam  
tuam denuò te recipias. Illic genibus in sca-  
bello precatorio flexis Dominum nostrum ora,  
ut ad se te ipse attrahas, neque ut tot species ab  
illo te revocent, permittat, quandoquidem so-  
lo illius jussu in studia incumbas. Deinde si  
quid temporis fuerit tibi super, librum quen-  
dam

De  
Oratione

dam pium & affectivum, ut jam dixi, parum-  
per evolve, ut revocare ad Deum ac te ipsum  
te queas, eaque ratione tua studia cuncta pro-  
sequere.

## XI.

Constantiâ ac firmo proposito teipsum  
communire contende, ut animo invicto feras  
irrisiones, ac subriles sannas, quas aliqui in te  
jacere poterunt ob tuam devotionem atque in  
prædictis exercitiis accuratorem. Quin po-  
tius idem sentite connitaris; quod S. Paulus,  
qui dicebat: *Si adhuc hominibus placerem, Galat. 1.  
Christi servus non essem.* Virtus, quæ istâ ra- 10.  
tionetentata non fuerit, solida & constans nun-  
quam erit. Sanctorum Patrum nonnemo di-  
cere amabat: *Nondum es felix, si te turba non  
deriserit.* Martinus Dum. Tom. 5. Biblioth.  
P.P.

## XII.

Quod si omnia hæc monita tibi rudioris  
atque æquò difficilioris esse usus videantur,  
tuam in memoriam tibi revoca intentionem,  
quæ erat studendi, non ut scires, sed ut amares,  
& quòd obedientia studium tibi injunxerit, ut  
tuæ periculum faceret fidelitatis, ad quam mul-  
tò amplius quàm ad studium aut aliam rem  
quamlibet animum intendas est necesse. Sive  
enim doctus sis, sive non, Deus in te non glo-  
rificabitur, nisi pro gradu amoris ac fidelitatis,  
quam pro ipso habebis.

Hoc igitur persuasissimum tibi semper ha-  
beto, potissimum tuum studendi finem in eo

situm esse, ut ista occupatione divinæ Majestati exteriùs interiùsque acceptum te reddas. Semper ergo præ scientia amato sanctitatem, hæc enim tibi utilissima erit ac Religioni, quæ non tam per doctos, quàm per sanctos Religiosos subsistit. Causa enim labefactionis Religionum non fuit hominum doctorum, sed Sanctorum inopia, satis enim multi docti in illis semper fuere repetti. Accipe hæc omnia in charitate ac per charitatem, ut per illa ad Deum demùm pervenias. Ita faxit ipse.

FINIS.



INDEX

De  
Oratione



INDEX CAPITUM  
*Spiritus Actionum  
 Religionis.*

<b>P</b> raefatio.	403
Caput I.	
Rationes, ob quas magni facere debeamus actiones communes Religionis.	411
Caput II.	
Incentiva ad ritè obeundas communes Reli- gionis actiones.	413
Caput III.	
De directione interiori, quam cunctis nos o- peribus nostris oportet praemittere.	415
Caput IV.	
Directionis operum nostrorum praxis.	418
Caput V.	
De bonis actionum Religionis communium conditionibus.	423
Caput VI.	
Finitâ actione quid facere nos oporteat.	427
Caput VII.	
Qua ratione surgendum ad matutinas atque il- lis sit assistendum;	430
Caput VIII.	
De aliis noctis exercitiis.	434
Caput IX.	
Exercitia temporis matutini.	440

INDEX CAPITUM.

Caput X.	
De opere manuali.	448
Caput XI.	
De solitudine ac lectione spiritali.	450
Caput XII.	
De Missa Conventuali vel quavis alia, cui interesse quis habet.	452
Caput XIII.	
Methodus compendiosa audiendi Missam privatam.	460
Caput XIV.	
Brevis conscientiae discussio ante pandium.	461
Caput XV.	
Mortificationes atque humiliationes in Refectorio.	464
Caput XVI.	
Refectio.	465
Caput XVII.	
Recreatio.	467
Caput XVIII.	
Instructio circa ceremonias & modum cantandi.	469
Caput XIX.	
De tempore pomeridiano ritè transigendo.	470
Caput XX.	
Exhortatio sive lectio spiritalis.	473
Caput XXI.	
Completorium.	475
Caput XXII.	
Examen conscientiae.	476

Caput

De  
Oratione

## INDEX CAPITUM.

Caput XXIII.	
De dormitione.	482
Caput XXIV.	
Quomodo interioris constitutionis reddenda fit ratio.	486
Caput XXV.	
De defectuum in Capitulo sive culparum exer- cizio correctione.	489
Caput XXVI.	
Humiliationes ac mortificationes alibi quàm in Capitulo subeundæ.	491
Caput XXVII.	
Intrius circa quasdam humiliationes ac mor- tificationes exteriores exercitium.	494
Caput XXVIII.	
Disciplinæ sive flagellationes.	500
Caput XXIX.	
De colloquio spirituali.	502
Caput XXX.	
De audienda concione.	504
Caput XXXI.	
De modo sacris assistendi supplicationibus.	505
Caput XXXII.	
De modo accipiendi sæculares nos invisentes.	506
Caput XXXIII.	
De infirmis in valetudinario.	508
Caput XXXIV.	
De illis, quibus loca conventus scopis aut alia ratione purgare incumbit.	512

INDEX CAPITUM.

Caput XXXV.

De ablutione culinariorum, aliorumque vasorum, suppellectilium ac vestimentorum, aliisque humilitatis officiis. 517

Caput XXXVI.

De Ministris mensæ. 520

Caput XXXVII.

De Lectore mensæ. 523

Caput XXXVIII.

De Excitatore nocturno. 528

Caput XXXIX.

De Excitatore matutino pro oratione mentali. 530

Caput XL.

De eo, qui hyeme post matutinas aut alio tempore accendit ignem, quo Religiosi se calefaciunt. 533

Caput XLI.

De eo, qui lampadem succendit in dormitorio. 534

Caput XLII.

De eo, qui Religiosis distribuit candelas. 535

Caput XLIII.

De illo, qui per cellulas ac Monasterii officinas distribuit aquam benedictam. 537

Caput XLIV.

De Tonsura & Coronis. 540

Caput XLV.

De stipis per urbem coactoribus. 542

Caput XLVI.

De Janitore. 545

Caput XLVII.

De Hospitalario. 549

Caput

De  
Oratione

# INDEX CAPITUM.

## Caput XLVIII.

De Infirmario.	555
Caput XLIX.	
De Custode vestium.	561
Caput L.	
De egressibus è Monasterio.	563
Caput LI.	
De Religiosa urbanitate.	567
Caput LII.	
De Pulsatore campanarum.	570
Caput LIII.	
De illis, qui in officio divino dicunt sacras le- ctiones.	571
Caput LIV.	
De Versiculariis.	574
Caput LV.	
De Cantoribus.	577
Caput LVI.	
De Organædo.	585
Caput LVII.	
De Crucifero in supplicationibus.	587
Caput LVIII.	
De Altaris ministeriis.	590
Caput LIX.	
De Junioribus Professis.	595
Caput LX.	
Quænam Juniores Professi cavere debeant ac vitare.	601
Caput LXI.	
Quid facere debeant Juniores Professi, ut primævum suum fervorem conservent.	632

Caput

*INDEX CAPITUM.*

Caput LXII.

Regulæ peculiariores pro Junioribus Professis,  
qui primum suum conservare volunt fervo-  
rem. 648

Caput LXIII.

De Studentibus. 651

Caput LXIV.

Magni momenti monita pro Religioso studen-  
te, qui sub studiis suis spiritum devotionis  
conservare desiderat. 658

*FINIS.*



*Inter-*

*Interpres rursus Lectori S.*

**O**Mninò quidem speraveram fore, amice Lector, ut præsens opusculum absque erratis proderet typographicis: at quantumcumque in hoc adhibuerim conatum, spe meâ frustratus usu ipso edoctus fui, ne Argi quidem vigilantiam omnibus præcavendis sufficere, ideoque quod præstare non potui, patienter, nolens volens, ferre debui. Ut tamen & in hoc tibi gratificarer, prætermisissis, quæ à quolibet facillimè deprehendi & corrigi queunt, illa tantùm annotanda hîc esse censui, quæ aliquam nonnemini parere possent difficultatem. Illa igitur

*Menda sic emenda,*

**P**Ag. 3. lin. ult. lege operata. p. 20. in margine l. 6. l. felicitas. p. 24. l. 11. l. eveniret. p. 32. l. penult. l. servetur. p. 35. in marg. l. 3. l. aut. p. 78. l. 7. l. firmum propositum. p. 82. l. 18. l. interioris. p. 91. l. 5. à fine l. momentum. p. 122. l. 20. l. oblationis, l. 21. l. omniumque. p. 138. l. 1. l. quæ. p. 174. l. 1. l. aperueris. p. 175. l. 9. à fine l. creaturas. p. 185. l. 5. l. oestro. p. 222. l. 20. l. consolationes. p. 299. in marg. l. 4. l. quæ, & l. 5. l. aeti-

l. actibus, p. 312. l. ult. l. facilius, p. 324. l. 7.  
à fine l. libro, p. 337. l. 8. l. judicare, p. 364.  
l. 4. l. quisquis, p. 365. l. 9. l. forent, p. 368.  
l. 3. à fine l. dices, p. 375. l. 2. à fine l. conse-  
crare, p. 384. l. 5. l. benefico, p. 391. l. 9. l.  
adeoque, p. 404. l. 7. à fine l. eorum, p. 405.  
l. 10. à fine l. quodam, p. 416. dele duas ulti-  
mas lineas, p. 473. l. 9. à fine l. impertiri, p.  
542. l. Caput XLV, p. 599. l. 13. l. rationum,  
p. 608. l. ult. l. exterioribus, p. 627. l. 9. à  
fine l. exercitiis, p. 639. l. 3. l. morificent,

De  
Oratione